Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

Erpen
v. Paris 1844 ƒ C. No.

~~E. 1. I. 88~~

226 E. 29

NKr. 40

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# Eſopus moraliſatus cū bono cōmento Iterū textus de nouo emendatus cū gloſa interliniali



KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK 's GRAVENHAGE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# Liber Eſopi

**G**Recia diſciplinarū mater ꝛ artiū, inter ceteros quos mūdo tulit, ſapiē-tes vnū edidit memorie dignū Eſopū nomie. Erat em̄ ingenio clarus. ſtudio ſedulus ꝛ placidus facū-dia. Qui incer cetera q̄ ſcripſerat vtilia fabularum exēpla vtilibꝫ plena etiā lrīs cōmiſit ꝛ in vnū redigit opuſculū In q̄ ꝛ paruuli diligētes inſtruanť. ꝛ iocūdi reddunť adulti Liber igiť iſte p̄mo grece cōſcriptꝰ ē ab Eſopo Poſt hoc a romulo īpatore romano ad inſtruendū Tiberiū filiū ſuū in latinū veit Deiñ rex anglie Afferus in anglicā linguā eū etiā trāſferri p̄cepit. Eſopus itaqꝫ de fabulis ag-gēs res inaīatas introducit loquētes ſcʒ ꝛ beſtias ꝛ volucres. ꝛ fabuloſe de eis ſcripſit. ſed de ſingulis moraliter cōcludit.

delectet vtile ſit intendit preſens liber
**V**T iuuet ꝛ proſit conatur pagina preſens
maiorē faciūt vtilitatem. vtilia id eſt iocoſis ſermonibus
Dulcius arrident ſeria picta iocis
preſens liber generat. dulcedinem fabulis
Ortulus iſte parit fructum cum flore fauorem
id eſt fabula ſcʒ fructus. ſcʒ flos. ſplendet
Flos ꝛ fructus emunt hic ſapit ille nitet
id eſt virtus moralis fabula delectat vtilitatem fabula
Si fructus plus flore placet fructum lege ſi flos
.i. ſi hēs maiorē delectatōem in flore ābo. ſ. flos ꝛ fructus placeant
Plus fructu florem ſi duo carpe duo
pigrum pigritaret animum
Ne mihi torpentem ſopiret inertia mentem
ſcʒ ope vigilare debet. i. intellectus meus. acceptauit
In quo peruigilet mens mea mouit opus
operis precium perueniat de opere fabuloſo
Ut meſſis precium de vili ſurgat agello
arida verba implue id eſt tua gratia
Uerbula ſicca deus implue rore tuo
fabularum facultas. moralium virtutum. ſufficientem oſtenſionem
Uerborum leuitas morum fert pondus honeſtum
abſcondit durus cortex bonum fructum
Et nucleum celat arida teſta bonum

**A**Ntequā pcedať ad textū aliq̄ ſunt p̄mittenda. Et p̄mo de cau-ſis huiꝰ libri Uñ notādū, q᷑ p̄ntis libri (ſicut alioꝝ libroꝝ) q̄ttu-or ſunt cāe materialꝭ formalꝭ efficiēs ꝛ finalꝭ. Uñ cā materialꝭ ſi-ue ſubiectū huiꝰ libri ē ſermo fabuloſus in reſpcū ad v̄tutes morales



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# Cū cōmento

Cauſa formalis eſt duplex ſm̄ ꝙ duplex eſt forma. ſcʒ forma tractatꝰ et forma tractādi. Forma tractādi eſt modꝰ agēdi. q̇ in ꝓpoſito eſt metricus. Sed forma tractatꝰ cōſiſtit in cōpōne. ⁊ explicabit̃ ꝑ cōtinuas actōes ⁊ diuiſiones. Cā efficiēs dr̄ fuiſſe Eſopus q̇ erat grecus. vñ vt fert̃ p̄ñs liber cōſcriptus erat in greco. ſʒ poſtea iuſſu Rhomuli imꝑatoris romanoꝝ fuit trāſlatus in latinū. ⁊ hoc ꝓpter filios eiꝰ quos voluit inſtrui ꝑ doctrinas huiꝰ libri. Cā finalis ē dupl'x. ſcʒ intrinſeca et extrinſeca. Finalis intrinſeca ē cognitio eoꝝ q̄ tradunt̃ in h̔ libro. Sʒ extrinſeca ē vt nos ꝑ documēta ⁊ fabulas huiꝰ libri gradiamur ad bonos mores. His viſis accedendū ē ad formā tractatꝰ ſcʒ diuiſionē libri. Diuidit̃ ergo iſte liber in duas ꝑtes ꝑ̇ncipales. ſcʒ in ꝓhemialē. et in executiuā. ſcd̄a ibi (Dū rigido) Pars ꝓhemialis pt̄ diuidi in q̄ttuor ꝑtes. Nā ꝑ̇mo auctor innuit delectatōem ⁊ vtilitatē huius libri. Scd̄o tāgit cām̄ ſuſcepti ibi (Me mihi torpentē) Tercio inuocat diuinū auxiliū ibi (Vt meſſis ꝑ̄ciū) Quarto excuſat ſe de facilitate ſtili ibi (Verboꝝ leuitas) ¶ Notanduʒ igit̃ ꝙ auctor dr̄ in textu ꝙ p̄ñs liber nedū ē iocūdus. ſʒ etiā ē vtilis ad inſtructōem moꝝ. ⁊ ergo pōt apte ſubordinari ph̄ie morali. Eſt em̄ dupl'x poetria. quedā eſt ad delectationē tm̄. ⁊ talis nō ſubordinatur alicui ꝑti ph̄ie. Alia eſt q̄ cōſiſtit ad vtilitatē. ⁊ talis ē iſta. vñ Horatiꝰ Aut prodeſſe volūt. aut delectare poete. ⁊ hoc eſt quod dicit̃: vt iuuet ⁊ proſit ⁊c̄. ¶ Pro quo notandū ꝙ auctor declarās ſimul delectatōem ⁊ vtilitatē huius libelli innuit hanc ſententiā. ꝙ p̄ñs pagina id eſt preſens libellus debet deſcribere fabulas ad delectatōem ⁊ etiam virtutes morales que ſunt ad vtilitatem. Si aūt aliquis quereret quare auctor nō ſolum tāgit ꝟtutes abſq; fabulis Ad hoc r̄ñdit auctor cū ſubdit. Dulcius arridet. Nam ſeria ſiue vtilia magis delectāt ſiue alliciunt quādo ſunt depicta rebꝫ iocoſis. ⁊ ꝓpter hoc in iſto libello erūt ꝟtutes cōmendande cū fabulis premittendo fabulas ⁊ ſubiungendo virtutes Tūc ibi (Ortulus iſte parit) auctor magis declarat vtilitatem libelli dicens ꝙ in iſto libello eſt flos cum fructu q̇ ſatiūt hoīem fauorabilem. ⁊ qui vult capere fructū poteſt capere. ⁊ q̇ florē etiā poteſt capere. ⁊ qui vtrūq; etiā rapiet vtrūq;. ¶ Et nota ꝙ auctor cōꝑat ſermonem fabuloſum flori. et per fructū dat intelligere ꝟtutes morales. q̇ꝛ ſicut flos eſt modici valoris ſine fructu. ſic etiam ſermo fabuloſus eſt modici valoris ſine virtutibus que trahuntur ex fabulis

peruertit roſtro. id eſt lutum id eſt querit grana
**Dum rigido fodit ore fimum. dum queritat eſcam**
pro q̄ñ ād̄mirat̃. tali lapide. talis auis dicit
**Dum ſtupet inuenta iaſpide gallus ait**
ſcʒ in fimo id eſt ſplendide
**Res vili precioſa loco nitidiq; decoris**

# Liber eſopi

luto vtilitatis
Hac in ſorde iaces. nil mihi meſſis habes
ſcʒ lapidi ſcʒ ille inuentor ſcʒ id ē aut faber
Si tibi nunc eſſet qui debuit eſſe repertor
nitorem fimus abſcondit ſplenderet
Quem limus ſcpelit viueret arte nitor
lapidi precioſo ſcʒ ego gallus ſum vtilis gallo lapis precioſus
Nec tibi conuenio. nec tu mihi. nec tibi proſum
.i. gallo lapis p̄cioſe magis deſidero. magis deſidero minꝰ p̄cioſa. ſ. grana
Nec mihi tu prodes. plus amo chara minus
pro gallino. id eſt imprudentem ſapientie
Tu gallo ſtolidum. tu iaſpide dona ſophie
ſcʒ munera. intelligas. fatuo ſcʒ virtutum ꝛ morum
Pulcra notes. ſtolido nil ſapit iſta ſeges

¶ Finita parte prohemiali Hic conſequenter auctor ponit partem executiuam. Et poteſt diuidi in tot partes. quot ponit fabulas Primo auctor ponit vnam fabulam cuius documentum eſt tale. ꝙ ſtulto ac vitioſo non valet ſapientia. vel ꝙ ſtulti paruipendunt ſcientiam. Et hoc oſtendit per quandam fabulam de gallo. Nam gallus quadam vice querens eſcam fodiendo fimū inuenit lapidem precioſum latentem in loco immundo. Cui dixit gallus. tu iaces in loco vili ꝛ immūdo tu nō es vtilis mihi. ſed ſi aurifaber vel alius gemmarū cupidus te inueniſſet ꝓ ſeū ad ſplendorē tuum venires ꝛ honores perciperes. Ego vero eſcam quero ꝛ te non honorabo. quia tu nō prodes mihi. nec ego proſum tibi. nec de te curo. quia amo minus chara ꝛ vilia. ſcʒ grana ꝛ ſimilia que mihi proſunt ad nutrimentum. Deinde ſubdit doctrinam huius fabule dicens. ꝙ per gallum debemus intelligere ſtultum. per lapidem precioſum ſcientiam ꝛ ſapientiam. Unde ſicut gallus ſpernit lapidem p̄cioſum tanꝙ ſibi nō valentem necꝫ vtilem. ſic etiam ſtultus ſpernit ſapientiam. eo ꝙ non reputat eam neceſſariam necꝫ vtilem.

comedit comedit ſitim patitur agnus
Est lupus. eſt agnus. ſitit hic. ſitit ille fluentem
inequali via ſcʒ tam lupus ꝙꝫ agnus. aquā fluentem
Limite non equo querit vterꝗ lacum
in ſuperiori parte potat. id eſt aque id eſt in inferiori parte aque
In ſummo bibit amne lupus. bibit agnus in imo
ſcʒ agnum pauor. inuadit ſcʒ litigia faciente
Hunc timor impugnat. verba mouente lupo
maculaſti ſcʒ lupo. mūde aq̄ formoſitatem
Rupiſti potumꝗ mihi riuiꝗ decorem
hoc aīal ſcʒ ſibi imputatum cauſa defendens
Agnus vtrunꝗ negat ſe ratione tuens

ſcʒ lupo damnum intuli
Nec tibi nec riuo nocui. nam prona ſupinum
ignorat pro non ⁊ et aqua claritate ſua
Neſcit iter. nec adhuc vnda nitore caret
vociferat ſcʒ ſuo ſcdario ſ lupo nociua ſcʒ tu agne
Sic clamat ore lupus. iterum mihi damna minaris
nõ intẽdo vobis inferre dãnũ ſcʒ agno .ſ. ait minaris mihi
Nec minor agnus ait. cui lupus immo facis
ſcʒ minatus eſt etinm tranſactis
Fecit idem tuus ante pater ſex menſibus actis
patrem ſequeris mori
Cum bene patriſes. crimine patris obi
dixit nondum ſum adeo ſenex
Agnus ait. tanto non vixit tempore. predo
dicit ſup. adhuc ſcʒ lupus gerens furtũ ſcʒ agnum necat
Sic tonat. an loquaris furcifer. hunc qꝫ vorat
innocenti agno ſcʒ lupus occaſionem interficiendi
Sic nocet innocuo nocuus. cauſam qꝫ nocendi
ſupple per totum mundum tales tyranni
Inuenit. hi regnant qualibet vrbe lupi

¶ Hic ponit documentũ ꝙ mali tyrãni ⁊ potẽtes de facili inueniãt cãm nocẽdi pauꝑibꝫ ⁊ impotẽtibꝫ. qđ ſic inuit Nã q̃dã tꝑe dũ lupꝰ et agnꝰ ſiĺ biberẽt. tũc lupꝰ cõuis ſtetit in ꝑte ſuꝑiori ⁊ agnꝰ in ꝑte inferiori tñ cũ hauſtũ faceret erexit ſe ⁊ dixit ad agnũ. Tu q̃ lanã portas in deceptõem ſꝑ meis offenſis inſiſtis. Agnꝰ vo ad hãc vocẽ tremidus timide rñdit ſic. Dñe potẽs quare mihi tã aſꝑe loq̃ris innocẽti. cũ ego paruulꝰ nullas offenſas tibi inferre poſſeʒ. Ait turbas aq̃s q̃s bibere volo. Rñdit agnꝰ ſalua reuerẽtia qꝛ tu ſtas ſuꝑius lõge a mẽ ego inferius quõ ergo poſſem tibi aq̃s turbare. Tũc q̃ſi exaſꝑatus lupus ait iteꝝ Tu nimis es garrulꝰ. ⁊ iurgia mecũ multiplicare ꝓſumis ſicut pater tuus q̃ nondũ trãſactis ſex mẽſibꝫ de eodẽ in hoc loco mihi fore ſcit. qđ in te merito redũdabit. Et ait agnꝰ Cur ſic in me pris culpas refundis q̃ nondũ natus erã. Ait lupꝰ qꝛ ſic loq̃ris mihi volo te corrigere ⁊ irruẽs in eũ guttur eius crudeliter apprehẽdit ⁊ finẽ vboꝝ fecit
¶ Moraliter ſic tyrãni faciũt cũ innocentũ res vel mortẽ cupiũt ſiue iuſte ſiue iniuſte eos ſpoliando opprimunt

illius animalis. viam in occurſum. illi aĩali
Muris iter rumpente lacu venit obuia muri
hoc animal. clamoroſa. auxilium. impedire deſignat
Rana loquax. ⁊ opem pacta nocere cupit
omnem modum. id eſt peſtilentie ſupple praua
Omne genus peſtis ſuperat mens diſſona verbis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# Liber Eſopi

voluptuoſo dulciloquiũ ornat
Cum fontes animos florida lingua polit
tale animal. tale animal cum filo annectit auſa eſt
Rana ſibi murem filo confederat audet
alligare cum filo tangere. per fraudem. fidelitatem
Nectere fune pedem. rumpere fraude fidem
ſcꝫ rane cõnectitur ſcꝫ muris. ſcꝫ rane intentio. ſcꝫ muris
Pes coit ergo pedi ſed mens a mente recedit
vide. ſcꝫ rana ⁊ mus ſcꝫ rana. ſcꝫ murem
Ecce natant. trahitur ille. ſed illa trahit
ſcꝫ rana tendit ad fundum per. clitati faciat
Mergitur: vt ſecum murem demergat in imo
periculum maris naufragium patitur. id eſt fiducia
Naufragium faciens. naufragat ipſa fides
nititur ad fundum natare id eſt eleuat ſe. contrariatur
Rana ſtudet mergi. ſed mus emergit ⁊ obſtat
periculo poteſtates augmentat id eſt pauor
Naufragio vires ſuggerit ipſe timor
talis auis feroci. capit id eſt bellum
Miluus adeſt. miſerumqꜫ truci rapit vngue duellum
ſcꝫ miluus ſcꝫ rana ⁊ mus inteſtina fracta natant
Hic iacet ambo iacent. viſcera rupta fluunt
ſcꝫ omnes illi dicunt impediunt
Sic pereant. qui ſe prodeſſe fatentur ⁊ obſunt
id eſt qui intendit alium decipere
Diſcat in auctorem pena redire ſuum

¶ Hec ponit documentũ ꝙ nemo debet alteri aliq̃d ꝑmittere qđ nõ
intẽdit facere, qꜫ ſepe alios intẽdẽtes decipe ſeipos decipiũt. qđ innui
tur nob ꝑ ranã ⁊ murẽ. Mure oſtio molẽdini ſuꝑ limẽ reſidẽte. ſup/
uenit rana ex cãpo. ⁊ mure ſalutato cuiꝰ illa domꝰ eẽt cũ interrogauit
quã ſuã eſſe rñdit. Rogauit ergo rana ipm murẽ vt ipſam nocte illa
in hoſpitio ſuſciperet. Cui mus benigne eã intrare cõceſſit. factaqꜫ hora
cene appoſuit ei groſſam farinã dicẽs ei vt lete, comederet. qꜫ bene ſibi
faueret. ⁊ ſi meliora haberẽ etiã apponerẽ. Et placuit rane locus ⁊ ci/
bus. ſed cum potus diu expectatus nõ venit, rana ergo potu aſſueta
ſitibũda triſtis recedit ⁊ dixit. ꝙ melius eſſe ſub molendino abſqꜫ tali
cibo qꜫ in molẽdino ſine potu. Cui mus ait moleſtũ ſibi eſſe ꝙ oblata
ſibi nõ placerẽt ⁊ iurauit ſe nunqꜫ tam bene procuratam fuiſſe. ⁊ de il
lo bñficio recõpenſam ſe velle habere dixit. Illis auditis rana rñdit ꝙ
ſi ſecũ ad ſua vellet trãſire ſibi reddere vellet cibum cũ potu in copia.
Cui mus aſſentiẽs pariter iuerũt per prata ad fluuium erat rana ore
plena. ⁊ mus incipiebat deficere ex ieiunio. ſed ipſum rana conforta/
uit. et in vicino domũ ſuã eſſe dixit, tandẽ itaqꜫ prato a mure vix per



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

tranſito venerūt ad fluuiū. ⁊ ait rana hāc aquā tranſire debemus qꝛ
dom⁹ mea hic vltra ē feſſus igit̄ mus ex lōga via attediat⁹ ad ranā ſic
inq̄t amiciciā tuā inuite ꝓdo. ſed hoſpitiū tuū adire neq̄o. qꝛ roꝛe pꝛa
ti grauat⁹ adhuc grauioribꝫ aq̄s me cōmittere nō audeo. ait ergo ra/
na turpe ē mō deſiſtere ⁊ viā breuē nō ꝑficere. ſi feſſus es ⁊ debilis ego
iuuabo te ne in aq̄ deficias. faciam⁹ ergo ſic. filo nos alligabim⁹ tu in
collo ⁊ ego in pede meo. ⁊ ſic te adiuuabo. Cuius dictis mus acq̄euit
Ipſis itaqꝫ in medio fluminis iā poſitis rana exclamādo dixit ego ꝓfi/
ſa nimis meis viribꝫ iā deficio ⁊ ad ꝓfundū ducoꝛ ꝑitura. ſponteqꝫ ſe
ſubmergēs muri machinata ē naufragiū. ⁊ ſic mure adhuc ſuꝑ exn̄te
ad litt⁹ fraudē itellexit. ⁊ ſic oꝛta ē lis magna īter ābas ꝑtes. ill' in ꝑtez
trahētibꝫ rana nāqꝫ ad ꝓfundū traxit ⁊ mus ad litt⁹ Dū ei ſic ꝑiter cō
tenderēt milu⁹ q̄ foꝛte ſpectatrix erat miſeꝝ dirimit duellū murē vng
uibꝫ arripiēs. ⁊ annexā ranā ſil'r trahēs. q̄ cū ſe ad moꝛtē trahi videꝛz
ſic fertur locuta fuiſſe Qui ſocio ſuo parat obpꝛobꝛiū nō immerito ca
dit in laqueū. ¶ Allegoꝛice per ranā poteſt intelligi caro humana. ꝑ
murē aūt intelligit̄ aīa q̄ aduerſus carnē ſemꝑ militat. caro cōcupiſcit
aduerſus ſpm̄. ⁊ ſpūs aduerſus carnē. Caro em̄ nitit̄ trahere aīam ad
terrena ⁊ carnales delectatōes. aīa vero receſſit ad bona oꝑa. ⁊ iſtis li
tigantibꝫ venit miluus id eſt diabolus quaſi bolus id eſt moꝛſus du
oꝛū. ſcꝫ coꝛꝑis ⁊ aīe ⁊ rapit ambo. Uel aliter ſicut tangit̄ in fine lrē. ꝑ
ranā intelligunt̄ deceptoꝛes bonū dicētes ſed deceptōem intēdētes et
ſepe cōtingit tales in illam (quā alijs ꝓparauerūt) foueā cadere Iuxta
Incidit in foueam quam fecit.

coꝛam iudice coheret ſcꝫ ad iudicandum aduertit
In cauſam canis vꝛget ouem ſedet arbiter audit
ſoluat ſcꝫ cōceſſum ſcꝫ ouis ſcꝫ debere panem
Reddat ouis panem. vult canis. illa negat
in ꝑte canis cōtra ouem teſtat̄ teſtatur ſcꝫ iſti tres
Pꝛo cane ſtat miluus. ſtat vultur. ſtat lupus inſtant
pꝛomiſit reſtituere tribuat
Panem (quem pepigit reddere) reddat ouis
ſoluere ſcꝫ ouis non tenetur ſcꝫ ouis reſtituere
Reddere non debet. nec habet quod reddere poſſit
ſoluat index teſtatur agno
Et tamen vt reddat arbiter inſtat oui
ideo ꝯſuis adeſt ſup. ouis id eſt lanam
Ergo ſimul licet inſtat hyems pꝛeuendat amictum
in eſt rigidū ventū. ſuſtinet. lana. ſup. ouis
Et boꝛeam patitur. vellere nuda ſuo
mendicam. acquirit. pigricia teſtante
Sepe fidem falſo mendicat inertia teſte

# liber Eſopi

innocentia delicti aſtucia decipi
Sepe ſolet pietas criminis arte capi
¶ Hic ſu:po.aliā fabulā dicēs ꝙ quodā tpe canis traxit ouē in cām pro pane quē dixit ille cōceſſiſſe.ſed ouis hoc negauit dicēs ſe nūꝗ̄ panē a cane mutuaſſe. Iudex ergo canē interrogauit ſi teſtes haberꝫ ſeu fideiuſſores.q̄ tres teſtes noiauit ſcꝫ lupū miluū ꝛ vulturē. ꝛ iudex ab illis ꝟitatē reqrit.at ille teſtimoniū ꝟitatis cani dederūt.qꝛ ꝑtem habere ſꝑabāt in oue ſi damnaret. Iudex ergo p̄cepit q̄tenus de debito ſuo cani ſatiſfaceret.ex quo idoneis teſtibꝫ cōuicta eēt.ſꝫ illa miſera ouis nihil habuit p̄ter lanā qd̄ dare poſſet. ꝛ hyems erat ꝛ canis fortiter inſtabat.ouis ergo lanā exuēs eā cani p̄ntauit ꝛ nuda remāſit. Canis aūt hac ſatiſfactione nō cōtentus in pellē ipſiꝰ pepigit ꝛ irruēs ſuꝑ eā cū falſis teſtibꝫ lupo ꝛ miluo miſerā illā miſeriorē reddidit ¶ Moraliter ſic ꝑuerſi ꝛ fallaces faciūt qn̄ res alioꝝ appetūt tūc cū ſuis cōplicibꝫ tractāt qualiter iudicijs ſuis eos ſubuertere poſſint

id eſt equaliter.euentus dona accipiant
Vt ratione pari fortune munera ſumant
accipiūt pacem.agnus iſta quattuor animalia
Sumunt fedus ouis capra iuuenca leo
Illud'aial pñs eſt.ſup.predcā aialia poſſeſſor
Ceruus adeſt.ceruum rapiunt.leo ſic ait.heres
ſupple detur
Prime partis.nam mihi primus honor
protegi fortitudo
Et mihi defendit partem vis prima ſecundam
donat terciā partē niſus
Et mihi dat maior tercia iura labor
frangit dilectionem
Et pars quarta meum (niſi ſit mea (rumpit amorem
bona cōia.ſup.leo poſſidet debiliores opprimens
Publica ſolus habet fortior ima premens
potēti iūgat debilis poſtulat pñs fabula
Ne forte ſociet fragilis.vult pagina preſens
quia debili fidelis non ſciat diues
Nam fragili fidus neſciat eſſe potens

¶ Hic poit documentū ꝙ hoies pauꝑes q̄ ſunt ꝑue potētie nō dn̄t ſe ſociare potētibꝫ.qm̄ potētes ſꝑ volūt hr̄ē ꝑtē meliorē.qd̄ inuit nob ꝑ leonē caprā vaccā ꝛ ouē Iſta āt aialia cōpactū fecerūt inuicē ꝙ q̄cunq̄ rapina eis occurreret illā inter ſe diuiderēt Accidit āt ꝙ capiebant ceruū quē in q̄tuor ꝑtes diuiſerūt.q̄ diuiſione fcā dixit leo ex quo rex ſum.iō rōe regalis dignitatis p̄ma ꝑs erit mea.ſcd̄a pars etiā qꝛ fortior vobis ſum.tercia vero pars mihi iure debetur.quia vobiſcū labo/

rauí.quartã vero partẽ ſi quis capere voluerit meus non erit amicus quare alia aĩalia timore leonis cõcuſſa fugierũt ⁊ nullã ꝑtem accepe rũt. ¶ Moraliter ꝑ leonẽ intelliguntᷣ potẽtes. ⁊ ꝑ aĩalia intelligũtur impotẽtes. ſi aũt cõtingat ꝙ paupes habẽt aliqͦd diuidere cũ potẽti/ bus. potẽtes accipiũt pro ſe partes meliores

natat portans maſſam carnis dat ſupple de ſe
Nat canis ore gerens carnẽ. caro porrigit vmbram
adheret inuadit vndas
Vmbra coheret aquis. has canis vrget aquas
ſup. habẽde ſup. quã habebit vero lucro. ſcꝫ vmbram
Spem carnis plus carne cupit. plus fenore ſignum
lucri veri ſup. canis quã hẽbat. ſup. carnis habende
Fenoris os aperit. ſic caro ſpeſqꝫ perit
pro incertis dimitti
Non igitur debent pro vanis certa relinqui
ſup. dona aliqͦs diligit. ſtatim ſupple bonis
Non ſua ſi quis amat mox caret ipſe ſuis

¶ Hic auctor ponit aliã fabulã cuius documentũ ẽ. ꝙ hõ prudẽs nõ debet dimittere certa quauis ſint modica ꝓ incertis q̃ reputantᷣ magna qꝛ modica res certa plus valet ꝙ̃ magna res incerta Iuxta illõ Plus valet in manibꝫ paſſer ꝙ̃ ſub dubio grus. Iſtud nobis innuitᷣ ꝑ canẽ qui natauit ꝑ aquas maſſam carnis in ore gerẽs ⁊ vidit in aqͦs vm/ bram carnis maiorẽ ꝙ̃ erat fruſtũ qͦd habebat in ore. ⁊ ſic cupiẽs illõ fruſtũ magnũ apit os ad capiendũ illud. ⁊ ſic tandẽ cũ os apuit ami/ ſit tam carnẽ verã ꝙ̃ vmbrã carnis. ¶ Allegorice ꝑ carnẽ intelligitur hõ parcus vel auarꝰ q multotiẽs cupit bona aliena. ⁊ q̃nqꝫ cõtingit ꝙ talis ex nimia cupiditate amittit bona ꝓpria. Uel aliter ꝑ canẽ poſſu mus intelligere hoĩem. q dimiſſo ſũo bono iuheret bonis terrenis. ⁊ fi naliter remanet vacuus eo ꝙ ipſo moriẽte ſummũ bonũ nõ q̃ſiuit vñ bona tꝑalia dimittit moriẽs in manus alioꝝ. ⁊ ſic a ſe transeũt bona temporalia ſic acquiſita. ⁊ cũ hoc amittit bona eterna

mulier maritatur collectio vicinoꝝ letatur
Femina dum nubit furi vicinia gaudet
ſapiens narrat
Uir bonus ⁊ prudens talia verba mouet
phebus. dixit vxorem illius dei. hoc elementũ. querimonijs
Sol pepigit ſponſam. iouis aures terra querelis
percuſſit rõnem. q̃re eſſet triſtis dixit
Percutit. ⁊ cauſam cur foret egra dedit
vxor. vno qͦd fiet ſup. generatus ſol
Sol eſt nec or ſolo quid erit ſi ſcreuerit alter
quantũ. ſuſtinebo faciet calliditas copia
Quid patiar. quid aget tanta caloris hyemis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# Liber Eſopi

inhibet hec fabula dare ſup. illis
Hic prohibet ſermo letum prebere fauorem
maleficia . a rpetraurunt maleficia intendunt
Qui mala fecerunt. aut malefacta parant

¶ Hic au. po. aliã fabulã. q̄ quodã tp̄e fur q̄dã duxit vxorez. ad cui⁹ nnpcias. vicini cõuenerũt gaudẽtes ↄ̄letãtes. qd̄ videns vir q̄dã diſcretus ↄ ſapiẽs ꝓtulit hãc fabulã. Quodã tp̄e ſol debebat duccre vxorẽ vt filios ſibi cõformes gñaret. qd̄ ꝑcipiẽs vniuerſa terra cõſiderãs periculũ q̄d inde immineret. ↄ dixit ardores vnius ſolis ſe vix poſſe tolerare. qd ergo fiet ſi plures ſoles generarent. ↄ clamãs in celũ q̄rulo ſis vocib⁹ iouẽ ſummũ deoꝝ inuocauit q̄ten⁹ illi ꝑiculo obuiaret. Jupiter ãt miſc̄dia mot⁹ p̄cepit ſolẽ ſine vxore permanere. q̄ſi diceret iſte vir ſapiẽs. O vos boni vicini res v̄rãs ꝑditis ꝑ iſtũ vnicũ furẽ. qd ergo erit ſi iſte fur alios genuerit fures q̄re multũ inſipiẽter agitis q̄ ad nuptias ei⁹ venitis gaudẽtes. ¶ Iſta fabula docet nos moralr̄. q̄ melius ẽ habere vnũ ꝑncipẽ q̄ꝫ plures. nã ſi plures ſint ſubditi ei⁹ nõ ſufficiũt. ↄ illis ꝓ honore diſcordãtib⁹ neſcit ꝑp̄l's cui adhereat. vl' ſub quo tutius viuat. ↄ ſic rapine homicidia ↄ alia mala oriuntur.

ſtricta torquet colli ſup. in collo
Arta lupum cruciat via gutturis oſſe retento
ſup. lup⁹ petit. cyrurgicũ. dona tributurus auxilium
Mendicat medicum multa daturus opem
tu auis premia ex gutture lupi extracto
Grus promiſſa petit de faucibus oſſe remiſſo
ſup. grui dixit ecce .i. ex grã ſalua
Cui lupus. en viuis munera tuta mea
potuiſſem abſcindere
Nonne tuum potui morſu precidere collum
premium
Ergo tuum munus ſit tua vita tibi
ſubueniſſe. ſupple. hoĩbus peruerſa ſup. hominum
Nil prodeſt prodeſſe malis mens praua malorum
ingratus recepti non veretur beneficij
Immemor accepti non timet eſſe boni

¶ Hic au. po. aliã fabulã. cuius documentũ eſt. q̄ non expedit malis homĩb⁹ bñfacere q2 ſunt ingrati ↄ bñficioꝝ immemores. Et iſtud innuit nobis ꝑ lupũ ↄ gruẽ. Quodã ei tp̄e dũ lup⁹ ↄ̄ſumptis carnib⁹ oſſa roderet. ↄ particula oſſis gutturi ei⁹ inheſiſſet. magnũq̄ꝫ dolorẽ ſibi intuliſſet. lupus ergo potẽs in curia regis leonis vt ſummus p̄poſit⁹ regis fecit oẽs beſtias congregari ſperãs ab aliquo medelam ſui doloris percipere queſiuit ſi aliq̄ beſtiarũ haberet artez medicine q̄ ſuo poterit ſubuenire dolori. Adducta eſt itaq̄ꝫ grus ad lupi infirmi preſentiam. que ſalutiferam promittit lupo medicinam. ſi pro ſuis labo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

tibus p̄miū cōſeq̄ poſſet. lupus ergo his ṽbis cōſolat⁹ dixit ſe in tāta
neceſſitate cōſtitutū null⁹ velle p̄cere expēſis. pmittit ergo munera magna
ſi ſanitatē cōſeq̄ poſſet. Grus āt collo ſuo in guttur lupi immiſſo cām ſui
doloris extraxit. ⁊ ſic lup⁹ ſanat⁹ ē. q̄ fcō grus ſuā petijt mercedē. Cui
lup⁹ rn̄dit. nōne mag̃ mee pietatis mūera recepiſti dū te gutture meo
caput tibi ſanū emiſi. ſi ergo ſapiēs eēs h̄ mūere cōtēta fores ⁊ maxie
cū ſcias gruinas carnes me deſiderate ⁊ mihi ſanitas eē in hac infirmi
tate ¶ Moral'r p grue itelligunt paupes ⁊ ipotētes. q̄ ſunt ſub potēti
oribꝫ. videt eīm eis q̄ paupes ſufficientē p ſuis laboribꝫ recipiāt mer
cedē q̄ eos viuere pmittāt ⁊ reſidua bona q̄ hn̄t ſibi nō vſurpāt

de dolore ptus cōquerenti dulcedine fecundam
De partu querulam verborum nectare plenam
compaſſa accepta in domo ptu grauidam
Pro cane mota canis ſuſcipit ede canem
canis recedit in domo querendo paſtū recūbit
Hec abit illa manet. hec curſitat. illa quieſcit
ſup. cani pre dolore deſtruitur requies
Huic tamen a partu rumpitur illa quies
ſup. canis reuertit reſtitui ſuā domum petit
Illa redit reddiqꝫ ſibi ſua tecta precatur
claudit canis immo magis ſup. claudit
Obſerat hec aurem. nec minus aure domum
magis preualere ṽba minacia eſtimat prelia. ſcꝫ pce ⁊ minis
Plus prece poſſe minas putat hec. plus bella duobus
cognoſcit valere ṽba minacia ſup. plus poſſe
Noſcit poſſe minas plus prece verba minis
pro qn̄ canē muniat ſcꝫ catulus
Cum dolor hanc armet. plus matrem filius armat
locū dat ſup. canis. ſcꝫ matri cum filijs
Cedet ſola gregi. cauſaqꝫ iuſta perit
non bene ſecurum dulcibꝫ fidem habere
Non ſatis eſt tutum mellitis credere verbis
id eſt ex blanda loquutione oriri
Ex hac melle ſolet peſtis amara ſequi

¶ Hic au. poit aliā fabulā cui⁹ documētū ē. q̄ nemo dꝫ fidē adhibere
blādiētibꝫ ⁊ adulātibꝫ. ⁊ iſtd innuit nob̄ p duos canes. Quodā ei tpe
canicula q̄dā ingruēte ptꝰ tpe cū aptū pariēdi nō hrēt locū rogauit a
liā caniculā vt ipā in ſuū hoſpitiū reciperet donec catulos ſuos ad lucē p
duxiſſet. q̄ pcibꝫ ei⁹ acqeſcēs ipam in domū ſuā intrare pmiſit. ptu ṽo
edito mox iuſſit vt aliud ſibi hoſpitiū pcuraret. eo q̄ pter anguſtiaꝫ
domus eā ſuſtinere nō poſſet. Illa āt pter partū adhuc lāguida in
ſtat ⁊ rogat vt eā tolleret donec catuli ei⁹ ludere poſſent. hoſpita ṽo vi
cta pcibus cōceſſit ipſi. Poſt hoc ṽo cum catulos ludere videret, ite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

rũ monuit eũ ad aliud hoſpitiũ procurandũ. mater aũt catulorũ ait. quo aio potes illa loqui. ⁊ ita nos cõtriſtari cũ iã gelidus boreas niues voluat. ⁊ glacialis bruma oẽm beſtiã cõſtringit ſed age misericorditer nobiſcũ humaniter nos tolerãde vſqꝫ ad amena eſtatis tpa cuꝫ exire poterimus ⁊ hincinde diſcurrere. Hoſpita iterũ precibꝫ placata vſqꝫ ad eſtatẽ eã tolerauit. Facta ergo eſtate iuſſit ipſam ſine omi contradictione domũ exire. qꝛ nec pce nec pcio ipm de cetero ſuſtinere vellet. Vidẽs ergo canis ꝙ amplius pcibꝫ pficere nõ poſſet cepit minari ⁊ ait. Debilis eſt tua ptãs ⁊ mirũ eſt ꝙ putas ſola nos oẽs expellere meo cõſilio verbis tuis parcas. qꝛ fortes mõ ſunt catuli noſtri ⁊ feroces ꝙ ſi multũ nos minari volueris tunc ve tibi ⁊ pelli tue ⁊ domus quã tuã dicis in nrãs veniet vſus. ¶ Moraliter. ſic callidi homines ſimplices quoſqꝫ decipiũt. ⁊ blãdis adulatõibꝫ pmo eos rogitant. ⁊ poſtea ſuis domibꝫ ⁊ bonis eos violenter eliminant

p qñ fulget terra aqua. cõgelata phibet vndarum
Cum niue candet humus. glacies dum cepit aquarum
fluxum In talẽ ſerpentẽ frigida turget
Curſum in colubrum turbida ſeuit hyems
ſerpentem ſerpentẽ fouet bonitas frigus
Hunc vidit hunc reficit. hominis clementia ventum
repellit moderat calorc frigus
Temperat huic tecto temperat igne gelu
reuertitur. recedit calefit
Ver redit imber abit. eſtas cum ſole caleſcit
maliuolus ſupple coluber
Sic importunus fit magis atqꝫ magis
euomit venenũ. ſerpens intoxicat domum
Ore ſerit virus coluber ſic toxicat edem
dixit ſerpenti nõ reuerſurus recede
Hoſpes ait colubro. non rediturus abi
nõ abceſſit ſerpens recedere manet
Non abijt coluber nec vult exire. ſed heret
apprehendens hoſpitẽ. ſibulatões aſpas. facit
Amplectenſqꝫ virum ſibula dira mouet
tribuere cupit homo maleficus pro bono malum
Reddere gandet homo nequam pro melle venenum
pro bñficio dammũ p clementia fraudem
Pro fructu penam. pro pietate dolum

¶ Hic au. po. aliã fabulã cuiꝰ documentũ ẽ. ꝙ hõ cauebit malis hoibus impẽdere bñficia. qꝛ mali p bonis ſibi impẽſis ſepe mala reddũt ſicut innuit nobis p colubꝝ. Quodã em tpe coluber rogauit quẽdam virũ vt ipſum frigore intenſo inſtante in hoſpiciũ reciperet. vt ſic frigo-

ra euadere poſſet. Uir āt mīa motꝰ ſup colubꝝ in hoſpitiū recepit eū et ad ignē calefecit. Coluber āt ſic calefactꝰ cepit emittere virꝰ ſuū ⁊ totā intoxicauit domū. Quobrē hoſpes dixit ei vt domū ſuā exiret ⁊ āpli9 nō reuerteret. Coluber āt exire nolēs virꝝ amplexꝰ ē ⁊ veneno īfecit eū ¶ Allegorice p colubꝝ pt̄ ītelligi carnal' delectatio. q̄ dū bn̄ fouet ⁊ nutrit venenū ſuū fundit. ⁊ ſic hoſpitē id ē hoīez q̄ eā admittit p pctm̄ intoxicat. ⁊ q̄to diutiꝰ morat tāto difficiliꝰ expellit ¶ Moral'r p colubꝝ intelligunt hoīes praui ⁊ ingrati q̄ reddūt malū p bono

p̄ſumit asinus. porcū ſilueſtrē . deriſione. infeſtare. temerarium
Audet aſellus aprum riſu temptare proteruo
p̄ſumit fatuus. ſcʒ apro. loqui ſalue
Audet iners forti dicere frater aue
mouet pro verbis reſponſa dedignatur
Uibrat aper pro voce caput. nam verba ſuperbit
dare compeſcit. commota. crudelem
Reddere ſed dentem vix tenet ira trucem
aper dicit reprobum. ſcʒ nobilis alalis. cibum
Sus tamen iſta mouet vilem dens nobilis eſcam
contemnit pigricia ſecurus ſupple tu aſine
Spernit deſidia tutus es ipſe tua
fatuo offendi. prudens. hō deriſu
Non debet ſtolido ledi prudentia riſu
fatuus eruditum accedere
Nec ſtolidus doctum debet adire iocis

¶ Hic au. po. aliā fabulā. cuiꝰ documentū ē. q' ſtolidi ⁊ indocti nō debēt deridere doctos vl' prudēres. nec debēt offendi deriſionibꝫ Iſtud innuit nobis p aprū ⁊ aſinū. Quodā em̄ tpe aſinꝰ obuiauit apro ⁊ incepit ironice loq̄ ad aprū ipꝫ ſubſannādo ſuis deriſionibꝫ dicēs Aper bone frater aue Aper audiēs illā ſalutatōem ironicā nō rn̄dit. ſʒ mouebat caput. qꝛ dedignabat loq̄. ⁊ iraſcebat intm̄ q' vix tolerare potuit ⁊ dixit hec v̄ba aſino Meus dens ſpnit eſcā vilē ⁊ deſidem q̄re tu propter tuā deſidiā ⁊ vilitatē es tutus. ¶ Moral'r p aſinū intelliguntur ſeculares ⁊ indocti. p aprū intelligunt docti ⁊ ſpūales q̄ ſepe deriſiones ⁊ detractōes a ſecularibꝫ ⁊ indoctis patiunt. quas patienter ⁊ lete ſufferre debēt qm̄ ..de magnū cōſequūtur premium.

campeſter oppidanum recipit in hoſpitio
Ruſticus vrbanum mus murem ſuſcipit ede
parat cibus. voluntate
Cōmodat ⁊ menſam. menſaqꝫ mente minor
in macro conuiuio. ſufficit libertas
In tenui menſa ſatis eſt in menſa voluntas

nobiles facit. degeneres. vultus. ingenuus. cibos
Nobilitat viles frons generoſa dapes
cõpleto termino i. cibarijs ſup. murem. ſcȝ imitando ipſum
Facto fine cibis vrbanum ruſticus audit
muris mus campeſter vadit ciuitatis diuitias
Urbani ſocius tendit ad vrbis opes
vide cellarium. intrant. miniſtrat. mus vrbanus muri campeſtri
Ecce penu ſubeunt. inſeruit amicus amico
intendunt. prandio cibaria. conuiuium. portat
Inuigilant menſe. fercula menſa gerit
meliorat lurgiflue dat eſcam pietas faciei
Emendat conditqꝫ dapes clementia vultus
cõmandionem. replet. magis cibi vultus reuerentia
Conuiuam ſatiat plus dape frontis honor
vide clauſure ſonum facit. ianuas aperit
Ecce ſere clauis immurmurat. oſtia laxat
ſup. mures. pauent. fugam capiunt occultant
Ambo timent fugiunt ambo. nec ambo latent
vrbanꝰ cãpeſter. obſcura loca. curſu querit inani
Hic latet hic tenebras curſu mendicat inepto
adheret parieti campeſtris. pondus
Aſſuitur muro reptile muris onus
id eſt dulcia clauſa in penore
Blanda penu clauſo parcit fortuna timenti
pro ſed pauet id eſt tali paſſione
Ille tam en trepidat teſte tremore tremens
ſcilicet ille formidoſum
Exit qui latuit. timidum ſic lenit amicum
ſis letus mellis
Gaude. carpe cibum. hec ſapit eſca fauum
id ē loquit̃. ſcȝ mus occultatur. ſub iſtis dulcibus cibarijs
Fatur qui latuit. latet hoc in melle venenum
non eſtimo
Fellitumqꝫ metu non puto dulce bonum
voluptatem preuenit
Quam timor obnubit. non eſt ſincera voluptas
ſollicitanti ſupple comedentis
Non eſt ſollicito dulcis in ore fauus
comedere magis volo id eſt eſſe in perhenni timore
Rodere malo fabam. q̄ꝫ rodi perpete cura.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# Cū cōmento

cibaria ſollicitudo quottidiana
Degenerare cibos cura diurna facit
id eſt ſollicitudinibus triſticia
His opibus gaude. qui gaudis turbine mentis
inediam abundans
Pauperiem ditat pax opulenta meam
iſta dulcia cibaria retine amena
Hec bona ſolus habe que ſunt tibi dulcia ſoli
tribuit cibarijs ſecura
Dat precium dapibus vita quieta meis
reuertit preeligit ſecura
Finit verba. redit preponit tuta timendis
ille abhorret ſecurius cupit
Et (qui ſumma timet) tutius ima petit
inopia accedit
Paupertas (ſi leta venit) tutiſſima res eſt
moleſtior pauperem reddit
Triſtior immenſas pauperat vſus opes

¶ Hic ponit documentum ꝙ melius eſt poſſidere pauca cum ſecuritate q̄ꝫ multa cum ſeruitute ⁊ timore. Quod deſignat nobis ꝑ mureꝫ ſilueſtrem ⁊ vrbanum. Quodam em̄ tpe mus ſiueſtris inuitauit ad prandiū murem vrbanū preponēs ſibi ea que babebat. que licet modica erāt ⁊ nimis p̄cioſa vtebatur tamen eis cū ſaturitate. quadā aūt die cum iſta cibaria muri vrbano non placerent rediit ad ciuitatem ⁊ duxit ſecum murem ſilueſtrem. qui pariter intrauerunt cellarium qđ in cunctis bonis ſibi competentibus abundabat. ⁊ ſic delicata faciebant conuiuia que adeo placuerunt muri ſilueſtri ꝙ amplius nō intendebat redire ad nemus ſed ibideꝫ delicate viuere putauit. quia periculorum ⁊ aduerſitatum ſibi imminentium adhuc erat ignarus.

Cum autem iſti duo mures ſic comedendo gauderent superuenit famulus domus. ad cuius introitum pre nimio timore ambo mures fugierunt. Mus autem vrbanus qui erat ibi notus ad locū ſatis tutum fugit. ſed mus ſilueſtris antroꝝ ignarus quo latitaret locū non inuenit. tamen ad obſcura occurrit ſe occultans donec famulus exiuꝫ Quo recedente ad eſcam ſunt reuerſi. ſed mus ſilueſter perterritus ⁊ triſtis in fine menſe ſedit Cui mus vrbanus dixit. cur ſic ſedes ad mē ſam triſtis. comede ⁊ ſis letus iſta cibaria melle ſunt dulciora Rn̄dit mus ſilueſter. vere ſub hoc melle latet venenū. q2 magno timore ſunt mellita. nec eſt ſincera voluptas quā tantus timor obſcurat. nec pōt eſſe cibus dulcis ĩn ore ſollicito. Tu q̄ꝫ bona mihi nō miniſtraſti. ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

mala. qꝛ que latēt nō reuelaſti. Ego eñ putaui tecū viuere in ſecurita
te. ſed iā video multiplices cauſas tue miſerie. qꝛ opoꝛtet te timere ho
mines ꝛ cattos q̄ ſꝑ tibi inſidiant̃. Sint ergo tibi bona vrā ꝛ mala et
habe ea que tibi natura cōceſſit mihi āt modica cōtulit de q̄bus cōten
toꝛ. Hiis dictis mus ſilueſter receſſit. Moꝛaliſatio patet ſupꝛa

hoc animal i deſt linit
Dum vulpes aquilam pꝛo rapta pꝛole perungit
dulcedine pꝛolem reſtitue aquila
Melle precum pꝛedam reddere neſcit auis
pꝛoles genitus pauet id eſt glutientes
Pꝛeda gemit natuſq̄ timet cibus eſſe guloſi
liberauit filios aſtucia
Sed redemit natos. vtilis arte parens
arboꝛem cingit paruis lignis id eſt uirge
Arboꝛem zonat ſtipulis ꝛ vimine truncum
id eſt magna ligna aſtuto ſcꝫ vulpe. ſ. ardoꝛem.
In ſtipulas docto dirigit oꝛe facem
natos ille auis aſcendit. multitudo
In pullos aquile conſurgit copia fumi
abhoꝛret illud animal mitigat ſcꝫ aquila
Hanc timet ꝛ vulpem pꝛouida placat auis
non exiſtat diligentiam adhibeat nocere
Non quia ſit maioꝛ ſtudeat quis obeſſe minoꝛi
potenti nocte munus potens
Cum bene maioꝛi poſſit obeſſe minoꝛ

¶ Hic auctoꝛ ponit aliā fabulā cuius documentū ē tale. ꝙ hō fortis
et nobilis rōe ſue potētie ꝛ foꝛtitudīs nō debet inferre nocumentū mi
ſero ꝛ impotēti. qꝛ ſepe cōtingit ꝙ pauꝑ ꝛ debilis infert nocumentuꝫ
diuiti ꝛ pot ēti. Et iſtud innuit nobis ꝑ aq̄lam ꝛ vulpē. Vulpes quo
dam tꝑe erat in cauerna ſua. ꝛ ꝑuuli ſui foꝛis decurrebāt. quos cū vi
dit aq̄la diligēter eos obſeruauit. donec aliquos appꝛehēdit. quos tan
dem appꝛehēſos cū vnguibꝫ ſuis ꝓmeret clamauerūt. Mater ad cla-
moꝛē eoꝝ egreſſa vt eos dimittere aq̄lam rogauit. Sed illa hoc non
poſſe fieri aſſeruit. qꝛ pullos in nido ſuo multū eſuriētes haberet. q̄bꝫ
illi neceſſarij foꝛēt. quo dicto nidum petit aq̄la vulpecula poſt clami
tante fruſtra. ꝛ quouſq̄ potuit ꝑuulos ſuos ꝑſequebat̃. Cū ergo vide
ret vulpecula ꝙ ꝓcibꝫ ꝛ clamoꝛibꝫ nihil ꝓficeret ad ſolitas ſe cōuertit
artes. Arripit ergo ignitam faculā ꝛ aridis lignis collectis arboꝛē in
qua ſedet aq̄la cū pullis circūdedit igne. quo ſuppoſito ad aquilā di-
xit. Fac mō pullos tuos ꝛ temetipſam ſaluam ſi potes. His ergo au
ditis aquila materna pietate ſuꝑ pullos mota ꝑ eis vulpem rogat vt



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

ignibꝰ parcere veller ⁊ arborē nō cōbureret. qꝛ puulos ſuos adhuc ſa/
nos reciꝑet. ¶ Moraliter ꝑ aqlam intelliguntᷣ diuites elati ⁊ ꝯtuma
ces. q̄ paupes ꝑmūt ⁊ ſpoliāt. nec eos ad ſe clamātes exaudiūt. Sed
cū venerit ignis diuine vltōis v. ellēt vtiqꝫ ſe ablata reſtituiſſe

illius auis dimidit
Pes aquile predo teſtitudinis aera ſcindit
teſtitudinem teſta abſcondit lata abſcondunt
Hanc ſua concha tegit. cornua longa latent
hac ammonitione. talis auis auiſat inſultum
Hoc monitu cornix aquilam premonit ineptum
geris laborem ſalubre ſcꝫ cornici
Fero onus hoc fiat vtile crede mihi
fers teſta alimentum capit iſtud
Quod geris in concha cibus eſt tibi ſurripit illum
teſta alimentum teſtam. id eſt contere
Concha cibum. concham frange cibuſqꝫ cadet
id eſt teſtam poteſtatibꝰ fruere. id eſt arte
Ut concham frangas pro viribus vtere ſenſu
concham ſumma lapides terra
Hanc (ſi celſa cadat) ſaxea frangit humus
de ſeipſo. fatuus circūuentus tempeſtate
De ſe ſtultus homo ſubuerſus turbine lingue
cadit ſcꝫ homines inquietudo capit
Corruit. ⁊ fortes iſta procella rapit

¶ Hic auctor ponit aliā fabulā. cuius documentum eſt. ꝙ paupes ⁊
impotētes ſepe faciūt ſubtilitate ⁊ calliditate. qđ fortes ⁊ potētes viri
perficere nequeūt. Iſtud em̄ oſtēditᷣ ꝑ teſtudinē ⁊ cornicē. Quodā em̄
tpe aquila ſecus mare ambulauit piſcatōnis cauſa. ſed nullo piſce in
uento rapuit conchā que teſtudinē intus habebat. hanc ergo vngui/
bus rapuit ⁊ ad litus deuexit. vt ibi ſuis vſibꝰ applicaret. ſed concha
que indurata erat nec vnguibꝰ nec roſtro frāgi potuit. ⁊ ſic nec vi nec
arte teſtudinē habere potuit. Cornix ergo q̄ aderat vidēs aqlam fru/
ſtra laborare. acceſſit ꝓpius ⁊ dixit aqle. ſi me ꝑmittas tecū habere ꝑ/
tem teſtudinis mōſtrabo tibi modū ⁊ viā acqrendi hanc eſcā. qđ cuꝫ
aquile placuiſſet ait ⁊ cornix. Tu in ſublime volare debes. ⁊ ſic ex al/
to proijcies concham ad terrā petroſam ⁊ tūc teſta fracta cibū accipi/
es. Aquila aūt approbat conſilium cornicis ⁊ in altum volās teſtudi
nem ex vnguibꝰ ad terrā proiecit. quā cornix ſubtus expectans proti
nus rapuit. ⁊ ſic aquilam famelicam decepit. ¶ Moraliter intelligi
tur ꝙ homo non debet credere verbis quorumcunqꝫ. qꝛ ſic ſepe deci/
pitur. ſicut aquila decepta fuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

ferente eſuriem portat ſcȝ caſeum
Ulpe gerente famem. coruum gerit arbor. ⁊ eſcam
roſtro portans verba mouen. e tacet
Ore gerens coruus. vulpe loquente ſilet
a corue ſplendore ſplendens. olorem nitore excellis
Corue decore decens cignum ſpl endore preibis
modulatione id eſt omnibus auibus
Si cantu placeas. plus aue quaqꝫ places
confidit ſcȝ coruus delectant modulationes
Credit auis ficteqꝫ placent preludia lingue
cantat id eſt ex ore excidit
Dum canit vt placeat. caſeus ore cadit
ſup. caſeo veſcitur accidunt penitentie
Hoc fruitur vulpes. inſurgunt tedia coruo
anget incommoda id eſt verecundia
Aſperat in modico damna dolore pudor
amarum fert deriſum decipit id eſt vana
Fellitum patitur riſum quem fallit inanis
dat damna iniqua laus
Gloria vera parit tedia falſus honor

¶ Hic auctor ponit a. iã fabulã cuius documentũ eſt tale. ꝙ illi ꝗ deſiderant laudem vanã ⁊ tranſitoriã gloriã ſepe incurrũt damnũ ⁊ obprobriũ. Iſtud innuitur nobis per coruũ ⁊ vulpem. Quodam eñ tpe coruus quidam caſeum pinguem furatus erat. qui ad ſiluã reuerſus in ſummo quercu reſidebat. Cõtigit aũt ꝙ vulpes quedam famelica ſub arborẽ venit dicens. O corue tu es valde decorus. immo cignũ excedis in ſplendore. ſi ergo vox tua eẽt dulcis ⁊ ſonora nõ eſſet auis in tota ſilua tibi ſimilis. His ergo laudibꝫ coruus deceptus vt ampliores conſequatur laudes incepit cantare. ⁊ ſic caſeus quem roſtro tenebat ex ore eius decidit. quem vulpes proſpiciẽs mox rapuit ⁊ coruuȝ ſic deluſum ſubſanauit. ¶ Moraliter per coruũ intelligunt leues et minus prouidi homines. qui falſis adulationibꝫ ⁊ vanis laudibus credunt. ⁊ ſic ſepe falluntur.

aggrauat pauperem. id eſt nimia. ſenectus
Fretit miſerum grauitas annoſa leonem
pigrum reddit id eſt frigiditas.
Inglaciat corpus corqꝫ ſenile gelu
inſurgit verres reddens pro iniuria illata talionem
Inſtat aper penſans veteri pro vulnere vulnus
capitis leonem cornu bos ledit
Frontis eum telo taurus vt roqꝫ fodit



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

insurgit aſinus piger ſup leonis pede concutit
Seuit aſellus iners. ⁊ frontem calce ſigillat
rugitu vlciſcitur iniurias ſuas
Nec ſolo gemitu vindicat acta leo
ſupple aĩalia ſuperaui ſuperant animalia expirat
Omnia qui vici me vincunt omnia. dormit
poteſtas mea receſſit laus nõ viget laudis operario
Uis mea. dormit homo dormit honoris opus
damnum intuli ſupple animalibus
Cui nocui nocet ille mihi. multiſꝗ peperci
id eſt nõ miſerentur pro beneficio ſupple mihi
Qui mihi non parcunt. pro pietate nocent
metuũt penam non ornat ſupplp fideli
Nunc timeat caſum qui ſe non fulcit amico
tribuere proſper pauper petit auxilium
Nec dare vult felix quam miſer optat opem

¶ Hic auctor ponit aliã fabulã cuius documentũ eſt. ꝙ nemo debet ſe nimiũ extollere in proſpitatibus ſuis nec debes nimiũ aggrauare debiliores. qꝛ ſi poſtea ceciderit. ꝙ debilitatus fuerit cõdemnetur. tã ab illis quibꝫ nocuit ꝙ ab illis qbus profuit. quia cum deficiunt munera ſepe tabeſcit amicicia. Iſtud innuitur nobis per leonem. qꝛ quodam tempore leo quidam annoſus iacebat pre nimio ſenio in lecto egritudinis. venerunt ergo oĩa animalia ad viſitandũ eum. diſſimili tamen modo. quia quedam venerũt ad plangendũ eũ ipſi condolẽdo alia aũt venerũt ad irritandũ eũ ⁊ ad vindicandum iniuriam quõdã a leone eis illatam. Aper em̃ dentibꝫ ſuis ipm̃ vulnerauit. ⁊ taurꝰ ſuis cornibus acriter eum tranſfodit. ⁊ piger aſinus frontem eius cũ pede dire cõcuſſit. His ergo plagis leo fatigatus ſolo gemitu ſe vindicauit dicẽs oĩa aĩalia que prius vici iam me vincunt. qꝛ deficit iam vis mea. ⁊ ideo perit gloria mea. ⁊ nullus honor mihi exhibetur. ⁊ om̃ia aĩalia quibus prius rigidus fui ⁊ durus nunc me infeſtant ⁊ ꝯſequũtur. ⁊ quibus antea pepercimodo derident me ¶ Moraliter per leonem intelliguntur potentes. ⁊ per alia aĩalia impotentes. quia impotentes ſepe cum fortuna mutatur inferunt potentibus cõſimilia his que ab eis ſuſtulerunt.

id ẽ ludi ſoris ſup ſue diligentia. oſtendit. dilectionem
Mur muris ⁊ caude ſtudio teſtatur amorem
id eſt cum lingua tangit. id eſt dominũ ſuum.
Nunc lingua catulus. nunc pede palpat herum
letatur dñs planat ſocium id eſt menſe ſue
Gaudet herus. comitꝗ canem. comitemꝗ ciborum

facit applaudit. id eſt familia
Efficit. alludit turba miniſtra cani
id eſt ſimili modo. equalia cibaria eandem dilectionem
Arte pari ſimileſqꝫ cibos. ſimilemqꝫ fauorem
acquirere volens dixit aſinus ſtultus
Lucrari cupiens inquit aſellus iners
aſinum. cane corꝑis. ſplēdor ſcꝫ ad laborem
De catulo prefert vite nitor. vtile tergo
ſupple dño meo. i. vtilitate catulus. ludis
Nec placeo fructu. ſed placet ille iocis
ſupple ego id eſt tpe congruo ad ludendum
Ludam. lude places ſic ludit tempore viſo
per ludum. ſup. aſinus accidit domino
Ut ludo placeat ludit ⁊ inſtat hero
id eſt placere. eſtimat rudens. ſup. dñi ſui anteriorum
Blandiri putat. ore tonans. humeroſqꝫ priorum
concuſſit grauitate eſtimat. id eſt delectabilem
Preſſit mole pedum. ſe putat eſſe pium
vociferat dñs petit auxiliū. aduenit id eſt ſeruorum
Clamat herus. vult clamor opem ſubit ordo clientum
coartat. magnis verberib⁹ fuſtis ſcꝫ aſinum
Multa domat multo verbere claua reum
non dedit id eſt cū honore. ſup. facere
Quod natura negat nemo feliciter audet
id ē nō placet inhabilis id eſt placidus eſſe
Diſplicet imprudens vnde placere putat

¶ Hic auctor ponit aliā fabulā cuius documentū eſt. ꝙ ſtulti imprudentes ſepe credūt placere prudētib⁹ ꝑ ea q̄ eis magis diſplicēt. Quodam eñ tpe vir qdam caniculā habuit multū ſibi dilectū. cui canis ſepe cauda pedib⁹ ⁊ ore ſuis alludebat. Uidēs itaqꝫ aſinus canē ſic placere dño ſuo cogitauit quō ſimili arte tales cibos ⁊ fauorē apud dñm cōſeq̄retur dicēs intra ſe. Ego fortior ⁊ vtilior cane ſum. tñ ipſe plus placet ioco ⁊ ludo q̄ȝ ego fructu ⁊ vtilitate. volo etiam dño ſic placere meo. Uñ egreſſus ad dñm vt inſtar canis luderet pedib⁹ cocuſſit euȝ mouendo aures caput ⁊ caudam ſuā putās ſic placere dño. Sed dñs perterritus cepit clamare. vñ ſerui occurrētes aſinū diris fuſtib⁹ verberauerūt. adeo ꝙ vix ſemiuiu⁹ euadere potuit. ¶ Moraliter ſic ſtulti ⁊ inſipientes volūt ſe intromittere de his q̄ natura eis nō cōceſſit. ⁊ fiunt inutiles in illis. ⁊ faciunt ſe confuſos.

amena. ſoporifero. delectat
FRigida ſopito blanditur ſilua leoni

# Cū cōmento

currit cupins turba
Curſitat hic murum ludere prompta cohors
excitatus capit ſup.mus rogat
Preſſus mure leo murem rapit.ille precatur
ſup.leo orationem obedit leonis muris
Ille precem libat ſubiacet ira preci
prius.cogitat.in corde interempto
Hoc tamen ante mouet animo.quid mure perempto
honoris accipies forte debiles cedet
Laudis emes.ſummos vincere parua pudet
morte id eſt reum pudet
Si nece dignetur leo murem nonne leonū
vituperium honor
Dedecus.et muri ceperat eſſe decus
ſuperet debilem fortis dedecus eſt ſuperare
Si vincat minimum ſummus ſic vincere vinci eſt
ſuperare decens eſt vitium
Vincere poſſe decet.vincere crimen habet
honor gloria ſuperar.
Si tamen eſtq3 decus ſi laus.ſic vincere laus eſt
honor id eſt a minor inimico
Et decus hoc minimo fiet ab hoſte minus
ſupati.ↄſequit.laus ſuperator
De precio victi pendet victoria.victor
tante laudis ſuperati laus
Tantus erit victi gloria quanta fuit
receſſit gratiarum actiones donare ſupplemus
Mus abit.⁊ grates reddit.ſi reddere poſſit
promittit auxilium id eſt paruum interuallum temporis
Spondet opem ſolus.fit mora parua dies
pro quia.id eſt laq̄os.intrat ſupple ſuis
Nam leo rete ſubit.nec prodeſt viribus vti
quetuloſo rugitu incōmoda conqueri
Sed prodeſt querulo murmure damna loqui
reuertitur leonem vidit conſpexit retia diſſoluit
Mus redit.hunc reperit.vidit loca.vincula rodit
hoc auxilio reddit.auxilium ſecurus recedit
Hac ope penſat opem.ſic leo tutus abit
valuit deſtrui aſtucia
Rem potuit tantam minui prudentia.dentis
ſup.muri tribuēs.grates id eſt ad nutum muris
Cui leo dans veniam.ſe dedit ipſe ſui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

ſup. homo. magna nos contemne id eſt pauperem
Tu qui ſumma potes ne deſpice parua potentem
pro. qꝛ auxiliari nocere. non valet
Nam prodeſſe poteſt. ſi quis obeſſe nequit

¶ Hic auctoꝛ ponit aliā fabulā. cuius documentū eſt ꝙ diuites ꝛ potentes debēt paupibꝫ miſereri. ꝛ ſi in pᵘo deliquerūt debēt ipſis idulgere. qꝛ poterūt in poſterꝫ paupes diuitibꝫ ꝓdeſſe. Iſtud innuit nobis per leonē ꝛ murem. qꝛ quodā tpe qdam leo doꝛmiuit in nemoꝛe. vbi mures circūcirca curſitabāt ludētes. Accidit aūt a caſu ꝙ qdā mus leonē tetigerit ꝛ ſomnū eius turbauerit. Vñ leo turbatus apphēdit murē. cui mus ait. O leo tu mihi parcat nobilitas. qꝛ nō malo aīo ſed caſualiter hoc cōtigit. Leo aūt miſcdꝫ moꝛtis murē dimiſit illeſum. cogitās intra ſe ꝙ eēt ſibi pᵘuus honoꝛ ſi murē deglutiret. Accidit aūt poſtea ꝙ cū idē leo ꝑ ſiluā trāſiret iu laqueū cecidit ꝛ ſuis dentibꝫ laqum diſſoluere nequit. nec ſe a captiuitate liberare. vñ ꝛ querulo ſe cepit rugire. qd audiēs mus cui leo ꝑus pepercit. vidēſqꝫ leonē laqueatum eū agnouit. ꝛ recoꝛdatur bñfactoꝝ leonis coꝛroſit ꝛ diſſoluit coꝛdas retis ſiue laquei. quibꝫ diſſolutis leo liber abceſſit. Et vt dicit auctoꝛ ille leo dās grates muri dedit ſeipm ad nutū muris. eo ꝙ liberauit eū a moꝛte. ¶ Moꝛaliter ſic potētes nō debēt ſpernere debiles et impotētes. qꝛ multotiēs paupes pñt pꝛodeſſe diuitibus.

peſtis grauitate talis auis ſuam rogat
Moꝛbi mole iacet miluus matrem qꝫ pꝛecatur
id eſt dñs ſacrificia oꝛationes
Vt ſe pꝛo ſuperis det ſacra detqꝫ pꝛeces
dixit. id ē o fili id eſt ſacramenta
Mater ait. mi nate deos et ſacra deoꝛum
offendiſti. recoꝛdantur. id eſt mala opera tua
Leſiſti. recolunt impia facta dei
delicti vindicantes. impendunt penalitatem
Criminis vltoꝛes penſant pꝛo crimine penam
pꝛo qñ ſcꝫ deoꝛum. offenderes metuendo
Dum ſacra turbares pena timenda fuit
miluum. ſupple moꝛtis. manſuetum ſupple cogit
Te cogit timoꝛ eſſe pium. te pena fidelem
iſte pauoꝛ iſta cantritio. cum moꝛte tarde
Hic timoꝛ. hec pietas. cum nece ſera venit
deturbat ſuam. quare mmaculatas inhabitat eccleſias
Qui maculat vitam. cur mundas incolit aras
opera opprimunt. quare opera ſubleuant
Quem ſua facta pꝛemunt. cur aliena leuant

¶ Hic auctor poīt aliā fabulā. cuius documentū ē. q̄ ille q̄ p totā vitā ſuā crudeliter vixit in fine cū viderit mortē inſtare ſepe fruſtra diuinū inuocat auxiliū. Iſtō nobis innuit p miluū. quodā eīm tpe miluus in magnā incidit egritudinē. itaq̄ q̄ de vita deſparet. rogauit igit̄ mrēz ſuā vt p ſua ſanitate deū exoraret. Cui mater rn̄dit. fili mi tu offēdiſti deos ꝛ ſacra deoꝝ. iō dij recolāt iā tua praua opa. q̄re dabunt tibi penā tuis demeritis cōdignā ſꝫ q̄ꝛ infirmaris iā īploras deorū auxiliū ſed tarde. q̄ꝛ hec pena timēda fuit q̄n̄ peccaſti. vn̄ timor ꝛ pena mortis cogūt te nūc eē piū ꝛ fidelem. ¶ Moraliter ſic viri criminoſi cū viderint mortē ſibi immunere inuocāt viros ſanctos ꝛ relgioſos vt p ipſis orent ad dominū. ſed eſt nimis tarde

producat   de ſegete. ſup. ſeminatum
Ut linum pariat lini de ſemine   ſemen
fouet   terra   volucres   mouet   talis auis timere
Nutrit humus ſed aues tangit hyrundo   metu
hyrundo   iam ſeminatū. ſup. auibꝫ magna pericula
Hec ait. hoc ſemen nobis mala damna minatur
eradicate   ſata   ſeminata periculis
Vellite pro noſtris ſemina ſparſa malis
ſup. auium. contēnit. bona conſilia   inutiles   curas
Turba fugit ſanos monitus. vanoſq̄ʒ timores
reprehendit   id eſt ex terra   ſcꝫ linum   vireſcet
Arguit. exit humum ſemen et verba viret
iterum   talis auis   conſulit. o buiarc. futura. derident
Rurſus hyrundo monet inſtare pericula. rident
volucres   concordat
Rurſus aues. hominem placat hyrundo ſibi
id eſt cū hoībus i   morans. modulatōe. applaudit   ſuaui
Cunq̄ʒ viris habitans cantu blanditur amico
pro quia   proſpecta   nocere. iacula
Nam prouiſa minus ledere tela ſolent
eradicatur   efficiuntur. laquei. ſcꝫ agricola
Jam metitur linum. iam fiunt rhetia. iam vir
capit. volucres   recognoſcens. inculpat
Fallit aues. iam ſe conſcia culpat auis
bonum   contemnit. ſupple conſilium
Utile conſilium qui ſpernit. inutile ſumit
ſecurus. laq̄os. iuſte   incidit
Qui nimis extitit tutus rhetia iure ſubit.

¶ Hic auctor aliā fabulā cui⁹ documentū ē. q̄ nullus debet cōtemnere conſiliū alterius. q̄ꝛ accidit multotiēs q̄ reſpuētes conſilium alio/

rum inutiles fiunt. vnde frequenter eis malum euenit. Istud declara tur nobis per hyrũdinem ⁊ alias aues. Quodã em̃ tp̃e hortulanus se minauit ſemen lini in agro ad quem hyrundo ⁊ alie aues cõſueuerũt venire pro neceſſariis. hyrundo vero preſciens futurũ malum ammo nuit alias aues reſiſtere huic ſeminationi dicẽs. hoc ſemen multiplex periculum nobis inferre. ergo euellamus illud ne malum inde venturũ nobis eueniat. ſed alie aues hyrũdinis conſiliũ ſpreuerunt. quod vi dens hyrundo ſuum genus conuocauit. ⁊ fedus pacis cum homini bus iniuit. Erat aũt forma pacis iſta. ꝙ neutra pars in damnũ alte rutrius cogitaret. ⁊ ſic hyrũdines in ſignum federis in domibus nidi ficauerunt. Tempore ergo meſſis adueniente hortulanus linum ſi bi colligit. ⁊ retia ⁊ laqueos inde contexit. per quos om̃es alias aues decipiebat. que ſic decepte cognouerũt ꝙ ſtulte hyrũdinis conſiliũ cõ tempſiſſent. ¶ Allegorice per aues intelligere poſſumus peccatores. per hyrũninem vero ſpirituales homines. qui ſepe ammonent pecca tores vt deſiſtant ⁊ abſtineant a peccatis. ſed peccatores ammonitio nem ⁊ doctrinam ſpiritualium contemnentes tandem per retia dia boli capiuntur. ⁊ eterno igni traduntur

apta imitari virtutes ornate. ſup. preſentem
Fabula nota ſequi mores. ⁊ pingere vitam
monet euntes imiteris viam
Tangit quod fugis. quodq̃ ſequaris iter
principe id eſt domini. indigens id eſt nũ viuens ſine lege
Rege carens nec regis inops ſine lege nec exlex
ſupple alicuius. tulit iſta pars grecie ſeruitutem
Abſq̃ iugo geſſit atthica terra iugum
ſecuritas voluntarie coegit
Libertas errore carens ſe ſponte ſubegit
verecundia ſup. accepeam. vigoroſior. gladio
Et pudor ob legem fortior enſe fuit
voluntatem principem plebs tuta petit
Nec libitum faceret regem gens libera poſcit
ſuppie gens remouere. precepta. ſuſtinuit
Et que non potuit pellere iuſſa tulit
incepit laudare probos corrigere. ſup. homines
Rex cepit linire bonos. punire nocentes
quecunq̃. ſubleuanda. ſubleuans conculcando arcens
Queq̃ leuanda leuans. queq̃ premenda premens
aggrauat id eſt in noua lege
Nos onerat nouitas ciues in lege nouella
ſupple ſuſtinere potuerunt
Quod leuiter poterant vix potuere pati



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

ciuitatem grauem legem .gemebunda animo .ſuſtinentem
Vrbem triſte iugum querula ceruice ferentem
iſte liber .oſtendit conformia dicens
Eſopus tetigit conſona verba mouens

¶ Hic auctor ponit aliam fabulam que eſt. quondaȝ populus attbicus liberimus ſuam non potens ferre libertatem elegerūt ſibi regem qui regali potitus ſceptro cepit eleuare bonos ꝛ opprimere malos dictum populum adeo coarcens ꝙ vitam quā prius duxerūt liberrimā vix iam in ſeruitute obtinere poterant. Vnde poſtea queruloſo animo defleuerunt libertatem amiſſam. Tunc dicit in fine ꝙ per iſtum populum quamlibet ſignificat ciuitatem grauibus legibus ꝛ actionibus oppreſſam. ¶ Allegorice per iſtum populum intelliguntur illi ꝗ vitam liberam habent. ꝛ nō cōtenti in illa ſubdunt ſe vitiis. ꝛ ſic efficiuntur ſerui ꝛ miſeri. qꝛ qui pctm̄ facit ſeruus eſt peccati ¶ Moraliter hic inſtruimur ꝙ nullus liber debet ſe ſubdere ſeruituti. Iuxta illud. Alterius non ſit qui ſuus eſſe poteſt

quando auſum fuit liberas moleſtare
Cum nihil auderet petulantes ledere ranas
roganerunt illum deum ſine domino eſſent
Supplicuere ioui ne ſine rege forent
ille deus illi petitōi .dériſionē .attribuit andax ſecundarias
Iuppiter huic voto riſum dedit. auſa ſecundas
orōnes inopinatum .audit in fluuio ſtrepitum
Rana preces ſubitum ſentit in amne ſonum
pro quia .illo deo mittēte .pro rege .trūci .impetu .fluuio .quaſſato
Nam ioue dante trabem. trabis ictu flumine moto
demerſit repentinus ſupple ranarum . pauor
Immerſit ſubitus guttura rauca timor
mitigato redierunt .timore .videre . id eſt trabem
Placato rediere metu ſpectare tigillum
manendo a longe .principem .valde timuerunt
Stando procul regem pertimuere ſuum
poſtq̄ nouerunt .truncum non valere
Vt nouere trabem per ſe non poſſe moueri
pro rege dederunt tercias preces illi deo
Pro duce fecerunt tercia vota ioui
iracundia .cōmouit .ſup .aliū cōtulit cū demiſit ſerpentē aquaticā
Ira iouem mouit. regem dedit. intulit ibim
coluber aperto ore incepit intrare .amnem
Ibis hiante gula cepit obire lacum

clamoꝛem facit fluuius perimus. benigne deus exaudi
Clamitat ecce lacus. moꝛimur. pie iuppiter audi
o deus ſup. nos o deus confer. ſolamen
Juppiter exaudi. iuppiter affer opem
ſanas deuoꝛat. vterus. ſcʒ hydꝛa cibus regis
Nos ſepelit venter. noſtri ſumus eſca tyꝛanni
remoue ſtragis cladem. tribue. pacis auxilium
Aufer cedis onus. redde quietis opem
iuppiter. dicit. optatum magno deſiderio. ſuſtinete regem veſtrum
Jlle refert. emptum longa pꝛece ferre magiſtrum
vlciſcatur. perpetue. libertates. cõtemptas ſeruitus
Uindicet eternus ocia ſpꝛeta timoꝛ

merces floccipenditur
Omne boni pꝛecium nimio vileſcit in vſu
efficitur amari ſapoꝛis. charius ſupple acquiſitum
Fitqʒ mali guſtu dulcius omne bonum
poſſidet decens eſt hilaris tenendo
Siquis habet quod habere decet ſit letus habendo
ſup. hominis nõ fiat id eſt pꝛopꝛie libertatis
Alterius non ſit. qui ſuus eſſe poteſt

¶ Hic au. po. aliã fabulã cõſimilẽ fabule ꝑcedẽti. cuius documentũ eſt.
ꝙ hõ exiſtẽs in q̃eto ſtatu nõ debet ſe cito mouere ab illo Jtẽ oẽ bonũ
diu vſitatũ nullo amaro ꝑmixtũ neqꝫ delectabiliter ſapit. Nã hõ aſ
ſuefactus in delicijs neſcit qd ẽ delicata vita niſi qñ patit miſeriã Jſtud
nobis innuit ꝑ ranas q̃ quondã habuerũt vitã multũ liberã. que cũ
eis nõ ſufficeret cõtinuis pulſabãt ꝑcibꝫ ipm iouẽ vt dignaret eis con
cedere regẽ q̃ regeret eas. Juppiter audiẽs deridebat eas Scdario in
ſtabãt rane ꝓ rege Juppiter audiẽs rogatões cõtinuas miſit eis regeʒ
cui obedire deberẽt. ſcʒ trabẽ. qui cũ de ſupioꝛibꝫ eẽt ꝑcipitatus totaʒ
quaſſabar aquã. ſtupebãt aũt oẽs rene in aduentu magni regis ⁊ ab
eius cõſpectu fugiẽtes in antris ſuis ſe occultabãt. Poſtea ſono miti-
gato rane exponere ceperũt capita ſua ex aqua ⁊ venerũt ad ſalutan-
dũ regem. Cũ aũt vidiſſent ꝙ rex eaꝝ ſcʒ trabs ꝑ ſe nõ moueretur di
cebãt ꝙ ille rex eẽt penitus inutilis. qꝛ ſup eũ reſidentes viliter cũ pe
dibus cõculcabãt. Tũc iteꝝ rane rogauerũt iouẽ pro nouo rege dicẽ
tes. illũ quẽ miſerat iuppiter lignũ eẽ ⁊ oĩno ignaꝝ. Juppiter ergo cuʒ
indignatõe miſit eis colubꝝ mire magnitudinis. Coluber ãt rex fero
citate innata nulli pepcit. ſed oẽs quas regere deberet eripuit ⁊ deuo
rauit. Tũc inceperũt oẽs rane a cõſpectu tyꝛanni fugere nõ audentes
comparere. ſed occulte mala ſua nunciauerunt ioui vt auferret regeʒ
omnes vnanimiter rogabant. Quibus reſpõdit iuppiter habeatis re

gem veſtrum pro quo diu inſteriſtis. ⁊ qꝛ fuiſtis in pace ſitis ſemꝑ in
miſeria. ¶ Allegorice rane pñt dici hoĩes cuiuſlibet ſtatus q̄ ſpernen/
tes ſeruire mitiſſimo dño nrõ Jeſu chriſto applicant ſe ſeruicio diabo
li q̄ eos poſtea in inferno crudeliter cruciat.

faleonem auis rapaciſſimi id eſt luctationes
Accipitrem milui pulſurum bella columbe.
capiunt dominum id eſt ad damnum laborat
Accipiunt regem. rex magis hoſte nocet
ſcȝ columbe conqueri cõmodoſius
Incipiunt de rege queri quod ſanius eſſet
luctationes ſcȝ militi domino
Milui bella pati q̄ȝ ſine marte mori
aliquid facis ſapienter id eſt inſpice
Si quid agas prudenter agas ⁊ reſpice finem
ſuſtinere. ꝑicula deſidero. ſcȝ ꝑicula ſuſtineam
Ferre minora volo. ne grauiora feram

¶ Hic auctor ponit documentũ ꝙ in omni tempore debemus reſpi/
cere finem actuũ noſtroꝝ qꝛ actus noſtri nõ reddunt moraliter boni
niſi ex parte finis. Aliud documentũ eſt ꝙ de duobus malis minus
malum eſt eligendum. quod innuitur nobis per columbam ſic. Quo
dam eñ tempore columbe debebant habere guerras cõtra miluũ cui
volentes reſiſtere elegerunt accipitrem ſperantes per eum tueri cõtra
miluum. Sed accipiter poſtq̄ȝ rex factus eſt perſequitur eas plus q̄ȝ
miluus eas dilacerando. quapropter columbe dixerunt ad inuicẽ ꝙ
melius eſſet ſuſtinere bella milui q̄ȝ ſic interfici a rege ⁊ mori ſine bel
lo. ¶ Allegorice qui ſeruit domino peruerſo cauſa defenſionis perdit
auxilium quod queſiuit. ¶ Moraliter innuitur ꝙ quilibet in ſuo ſta
tu licet patiatur aliquã aduerſitatem. illam pebet patienter tolerare
ne poſtea ſibi contingant grauiores

et hoc dico clamaute proiecto nutrimenti
Ure vocante canem protenſo munere panis
deſpecto talis reſpõſiones dicit
Spreto pane. canis talia verba mouet
taceam munera cupiunt student
Ut ſileam tua dona volunt furtiſq̄ȝ laborant
aditum uutrimentum ſuſtineo omnia
Eſſe locum panem ſi fero. cuncta feres
poriat donum nocumenta occultatur laqueus
Fert munus mea damua tuum. latet hamus in eſca
canem nutrimento iſte panis
Me priuare cibo cogitat iſte cibus

non diligo magis nutrimento dierum
Non amo nocturnum panem plus pane diurno
homo extraneus. cognito. non eſt placidus inimicus ſcȝ domino
Aduena plus noto non placet hoſtis hero
priuabit paruum tempus nocturnum temporum
Non rapiet nox vna mihi bona mille dierum
non volo omni tempore indigere ſaturatus
Non ſemper egens eſſe. ſemel quoq̧ ſatur
per latratum. tuas rapinas. id eſt ego canis voluntarie
Latratu tua furta loquar. niſi ſponte recedas
canis tacet ſcȝ fur. ſcȝ in domo. canis latrat ſcȝ fur recedit
Hic ſilet ille manet. hic tonat. ille fugit
aliquid attribuitur inſpice aliquid
Si tibi quid detur. cur detur reſpice fides
tribuas o homo refrena
Cui des ipſe nota. teq̧ guloſe doma

¶ Hic ponit documentū q̄ nō oīb⁹ fides adhibēda ē ſȝ viris cōſtāti/bus ⁊ fidelib⁹ Nā q̄ cito credūt cito decipiunt. ⁊ q̄nq̧ in magnā pati/unt miſeriā Vn̄ fabula iſta vult q̄ nō debem⁹ oīb⁹ fidē adhibere nob munera ꝓmittētib⁹ aut etiā dantib⁹. ſȝ debem⁹ videre cām cur dent ⁊ ad quē finē hoc dȝ. Qđ nobis declarat p vnū furē ⁊ canem. Quodā eīm tpe fur q̄dam egreſſus de nocte ad aliq̄d furtiue acq̄rendo a caſu intrauit domū cuiuſdā viri in qua erat canis ꝑuigil. q̄ laborauit ſuis latratib⁹ furē effugare. ſed fur vt irā canis tꝑauit panē ei obtulit Cui dixit canis. Panē tuū minime curo. quē ad me decipiendū mihi da/ri cognoſco. ſcio eīm q̄ cauſa furādi huc veniſti. ⁊ ideo mihi p̄bes panē vt taceā vt ſic tutius furari poſſes. qđ nolo ꝑmittere. q̄ niſus es me priuare cibo domeſtico ⁊ ergo niſi ſpōte recedas tua furta meis latra/tibus corā oīb⁹ manifeſtabo. ¶ Sic moraliter ſaluatū eſt q̄cquid hoī et fideli impendit. q̄ accepti bn̄ficij nunq̄ obliuiſcit ad hoc ſꝑ intēdēs vt vicem ſimilem benefactori reddere poſſit

petit producit id eſt ſus prolem
Vult lupus vt pareat maturum ſuccula fetum
ſollicitudinem p. omittit
Seq̧ noui curam ſpondet habere gregis
dixit ſollicitudine. ſup. o lupe ego ſua ſeruies
Sus ait hac cura careas. mihi nolo miniſtres
timent ſeruitium pueri noſtri
Horrent obſequium viſcera noſtra tuum
id eſt abi hinc perfectum id eſt gignere id eſt prolem
I procul vt totos liceat mihi fundere fetus



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

vade remote parere id eſt proles
Jprocul hec pietas non erat apta mihi
pro filijs precepit timorem habuiſſe
Pro natis natura iubet timuiſſe parentem
termino conceſſo lupus recedit. ſcʒ ſus producit
Fine dato verbis hic abit. illa parit
id eſt hora hominibus verba
Tempore non omni non omnibus omnia credas
ſcʒ ille homi fallaci reputatur fallax
Quo miſero credit. creditur eſſe miſer

¶ Hic po' aliā fabulā cui' documentū eſt. q̄ nō oib' fides ē adhibēda nā q̄ credūt miſeris deceptorib' ſepe' cōſequunt' inde miſeriā. Qd̄ no/bis declarat' p lupū ⁊ ſucculā ſic. Quodā em̄ tpe lupus q̄dam ſupue/nit vbi parere ſus deberet. ⁊ lupus accedēs iuxta eā obtulit ſuū ſerui/tiū dicēs. Audiui te in partu laborare ⁊ ego v⸗ni cupiēs tibi aſſiſtere er in tāta neceſſitate obſequiū fidele p̄ſtare. vrās tenēdo ꝓles,' ⁊ mode ſte tractādo. Cui ſus rn̄dit. ſi mihi auxiliū ferre veniſti,' nūq̄ʒ hoc meli us facere potes q̄ʒ ſi feſtinā ter ꝓcul recedas. q2 q̄ʒto remotior es tāto charior mihi eris ⁊ vtilior. eſt em̄ turpe viris talib' intereſſe' negocijs Nā cū aliqua mater parit' ipſe pater excludit' ⁊ abeſſe iubet'. q̄ʒto ma gis ergo aliq̄s extraneus debet excludi a talib'. ¶ Moraliter ſic per/uerſis ⁊ falſis mīme credendū eſt q̄ malū bono palleāt. dulcia em̄ ꝓfe rūt ſed vulnera tradūt. De q̄b' d̄r in euāgelio. Veniūt ad vos in ve/ſtimētis ouium. intrinſecus aūt ſunt lupi rapaces

tale elementū illa inflatio ſcʒ interius dolores
Terra tumet. tumor ille gemit. gemituſq̄ʒ fatetur
quaſi annihilatur. ſcʒ iam vir q̄ʒ mulier ꝓpter' timorem
Partum. pene perit ſexus vterq̄ʒ metu
inflata eſt terra. id eſt oſtendit parituram
Cum tumeat tellus monſtrat ſe monſtra daturam
de hoc timent ſcʒ hoc damnum abhorrent
Hinc homines trepidant. ⁊ prope ſtare timent
leticiam illa inflatio reuertitur inflata tale vile animal
Jn riſum tumor ille redit nam turgida murem
tellus producit. riſus pauor
Terra parit iocus eſt quod timor ante fuit
efficiunt ſup. facienda dicunt
Sepe minus faciunt homines qui magna loquuntur
producit. magnos parua timores
Sepe gerit nimios cauſa puſilla metus
¶ Hic ponit documentū q̄ ſ'boſi ⁊ p̄ſumptuoſi ſepe minus faciūt q̄ʒ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

homies taciti. Cōcludit etiā q ex minima re ſepe euenit magnus timor. Qd̄ declarat nobis p terrā. Quodā ei tpe terra emiſit magnū ſonū z tumebat z tremebat ꝓpter qd̄ quaſi oēs hoīes p̄ timore perirēt. Et cū terra ſic tumeret aſſerebat ſe pariturā vnū monſtrū magnū z horribile quale añ nō fuit viſum. Et ergo hoīes z cetera animātia tremētes nō audebāt ꝓpe ſtare vbi terra ſic tumebat. Poſtea vō terra turgida peperit murē. z hoīes hoc audiētes qui ꝑus timuerūt ridebāt z inuicē iocabātur. Eſt ergo documentū q hoīes qui multa loquūtur ſepe minus faciūt q̄ qui ſunt taciti z pauca loquētes

id eſt capra pro quando ga udet iuuenis
Cum grege barbato dum ludit iunior agnus
ſcз agnum animo diſcordantia
Tendit in hunc menti diſſona verba lupus
quare fetidam cu pura. imitaris magis
Cur olidam munda ſequens plus matre capellam
tale nutrimentū. donaret ſuauius mater tua
Lac tibi preberet dulcius ipſa parens
ſup. mater accelera tuam poſtula dona ſupple tue
Eſt prope feſtina. matrem pene. munera matris
pro quia tenet mammas ſcз agno
Lac bibe nam ſeruat vbera plena tibi
ſup. dicit benigna agno prebet
Agnus ad hec. pia capra mihi lac dulce propinat
agnum loco mee nutrit genitricis
Me vice matris alit. me vice matris amat
ſcз oui ſup. uiuo vitam habere. ſup. ego agnus
Non mihi ſed domino prodeſt me viuere viuo
ſup. dominus. id eſt dorſo multas lanas
Ut metat in tergo vellere multa meo
oui conuenit foneri fomento capre
Ergo mihi preſtat nutriri lacte caprino
mee ſugens deuorat ſcз lupino
Quam lac matris habens mergat in ore tuo
ſuperat. diuitias. tutam habere
Omnes vincit opes ſecuram ducere vitam
miſerius nullum ens miſera fruitio diuitiarum
Pauperius nihil eſt q̄ miſer vſus opum
ſupple eſt bono conſilio ulius ſup. conſilio
Nil melius ſono monitu. nil peius iniquo
documentum imitatur iniquum
Conſilium ſequitur certa ruina malum



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# Cū cōmento

¶ Hic ponit documentū ꝙ nihil eſt melius bono conſilio immo q̄ro
libet prudens debet ſequi bonū conſiliū. Etiā includitur ꝙ illis q̄ lo
quuntur deceptorie non eſt credendum. Quod declarat nobis per lu
pum ꝛ agnum ſic. Quodam enī tempore ouis quedam cōmiſit cuidā
capre agniculum ſuum nutriendum. qui vberibus capre cōſuetus cū
grege caprarum ſiluas ꝛ paſcua frequentauit. Lupus autem videns
hunc agnum in campo. nec audens eum inuadere propter hircum di
xit doloſe ad eum talia verba. o tu agne cur ambulas cum iſta fetida
capra matre tua dimiſſa tranſi ad matrem tuam que ſeruat tibi ple/
na vbera. Agnus ad hoc ſapienter reſpondit. O lupe non ſum meĳp
ſius. ſed domino alteri ſubiectus ſum qui me precepit ire cum grege
caprino. cuius preceptis parere teneor. Melius enī mihi eſt ꝙ nutri
ar lacte caprino q̄3 ꝙ habeam lac matris mee ꝛ mergar finaliter in o
re tuo. ¶ Concluditur ergo ꝙ quilibet ſapiēs debet vti ſano conſilio ꝛ
fugere inſanum ꝛ cetera.

roborauit. ſupple venaticum velocitate mordacitate. iuuentute
Armauit natura canem pede dente iuuenta
agilis atrox roboratus
Hinc leuis. hinc mordax. fortis ꝛ inde fuit
tanta dona capit ſenectus fortitudine
Tot bona furatur ſenium nam robore priuat
ſupple canis maxillas velocitate
Corpus dente genas. ꝛ leuitate pedes
canis ſenex capit maxillas exilit debiles
Hic leporem prendit. fauces lepus exit inermes
debilem ſui corrigit ſeueritas
Elumbem domini corripit ira canem
dat loquelam canem exaltauit ſcꝫ iuuentutis
Reddit verba canis. dum me pia protulit etas
valuit euolare fera. meam voluntatem
Nulla meum potuit fallere preda pedem
protegit pigriciam. ſenectutis magnus honor
Defendit culpam ſenĳ laus ampla iuuente
pro antiquo. ſcꝫ debilitate operationes. iuuentutis
Pro ſene (qui cecidit) facta priora vigent
nulla delectatio. perſeuerat vtilitas dilectionem
Nullus amor durat. niſi fructus ſeruat amorem
ſup. homo. id eſt tante dilectionis. cōmoda oſtendit
Quilibet eſt tanti. munera quanta facit
in cōſpectu dn̄i ſup. canis. ſup. ſpolia. portaui. id eſt antiquus
Magnus eram dum magna dedi. iam marcidus annis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# Liber Eſopi

floccipendoꝛ. preterita recoꝛdatio  ſupple exhibiti
Uileo. de veteri mentio nulla boni eſt
approbas. ſup. tp̄e iuuētutis. ſupple tempoꝛe ſenij  id eſt ſuperbum
Si laudas quod eram quod ſum culpare proteruum eſt
id eſt tibi vtilem  expellere. vitium. ſupple eſt
Si iuuenem recipis. pellere turpe ſenem
lamentabiliter famulari  famulatur homini ingrato
Se miſere ſeruire ſciat. qui ſeruit iniquo
miſereri  famulis  prauus
Parcere ſubiectis neſcit iniquus homo

¶ Hic ponit documentū homo neceſſitatus qui ſeruire alteri debeat caueat ne ſeruiat miſero ⁊ ingrato. qꝛ ſeruientibꝫ ingratis ſepe fruſtratur ſpes mercedis. Cōcludit etiā ꝙ q̄libet tp̄e iuuentutis debet ſe exercere in bonis opibꝫ. vt tandē illa proueniāt ad augmentum remunerationis. Quod declaratur fabuloſe ſic. Quodā eñ tp̄e erat q̄dam canis multum habilis ad venandum quare dilectus fuit a domino ſuo. ſed ſucceſſu tp̄is cōtigit illū canē adueniente ſenio illa venationis habilitate p̄uari. tamē cōtigit vno tp̄e ꝙ iſte canis ſenex cu rreret poſt leporem quem tandem capiebat. ſed lepus a dentibꝫ canis euaſit. q̄a canis iam pre ſenio edētatus leporē illū tenere nō potuit. qđ videns dñs multis verberibꝫ canē trucidauit. Canis vero turbatus dixit. O dñe cū eram iuuenis nulla preda potuit meis euolare dentibꝫ. ſed iā ſenio obſtante nō valeo tā foꝛtiter predas capere. quare bona facta tēpoꝛe iuuentutis debēt intercedere pro me antiquo vt habeas me excuſatum. Sed prochdoloꝛ q̄ꝫ diu potui vtiliter vobis ſeruiui ⁊ tūc a vobis diligebar. ſed nūc ex quo viribꝫ deficientibꝫ vobis p̄ficere neq̄o totā veſtrā a me auertiſtis dilectōem. Et iſte eſt modus hodie. nā tēpoꝛis q̄ꝫ diu hoīes ab alijs cōſequūtur lucrū ⁊ vtilitatem tam diu eos beniuole tractant. ſed lucro ceſſante tepeſcit amoꝛ ⁊ dilectio. Et ergo bene dicit canis. Magnus eram cum magna dedi ſed iam vilis eſt antiquitas mea. nulla mentio habetur de bonis preteritis qđ tamē eſt contra veram iuſticiam. ¶ Cōcluditur ergo ꝙ ille male ſeruit qui ſeruit homini malicioſo ⁊ ingrato

nemus ſonum facit  talia aīalia. terra aquatica  ſtant
Silua ſonat. fugiunt lepoꝛes. palus obuiat. herent
tardatio  circumſpiciunt  pauent
Fit moꝛa reſpiciunt. ante retroq̄ꝫ timent
in animo  timoꝛis  concoꝛdati
Dum librant in mente metus. ſe mergere pacti
quando timent  aquos  ſubtus ire cernunt
Cum metuunt. ranas ſtagna ſubire vident

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

leporū dixit. ſpem hr̄e licitum eſt formidinis
Unus ait ſperare licet. non ſola timoris
collectio inutili
Turba ſumus. vano rana timore placet
bonam decens habere primum principium ſaluationis
Spem decet amplecti. ſpes eſt via prima ſalutis
multotiens timeri non timenda timor
Sepe faci metui non metuenda metus
ſcꝫ noſtri velocitas cordis ſtulticia leporis
Corporis eſt leuitas ⁊ mentis inertia nobis
leuitas occaſionem. portat inertia timorem
Iſta fuge cauſam ſuggerit illa metum
timorem habeat metuit grauedie anxieratis
Sic timeat quicunqꝫ timet. ne mole timoris
deficiat. intolerabilis recedente pauor
Spe careat grauis eſt (ſpe fugiente) timor
ſpem habeat timuit. qui debecent mori. in vita permanente
Speret qui metuit. morituros viuere vidi
ſup. bona. ducēte. ſup. vidi recenente obire
Spe duce victuros. ſpe fugiente mori

¶ Hic auctor ponit documentū. ꝙ nihil melius eſt bona ſpe. Iſtō nobis declaratur fabuloſe per lepores. Quodā em̄ tpe vento multū impetuoſe flante arbores cuiuſdam nemoris perflatū venti magnū ſonū fecerūt. vn̄ lepores iſtius ſilue territi ceperūt fugere. ⁊ ſic fugiendo venerūt ad quandā paludem quā ptranſire nō poterāt. ipſi ꝟo ſic ſtātes viderūt ranas in palude ſe ſubmergere. quare ipſi ducti erant ad maiorem terrorem dubitantes an vellent ſe ſubmergere ſicut rane. Ipſis vero ſic dubitantibꝫ dixit vnus eorum. vere nos nō ſumus ſoli q̄ vano timore timent. quia videmus ꝙ pre timore inutili rane iſte ſubmerſerūt ſe. quaſi dicerent vane timemus. cōſolemur ergo ⁊ habeamꝰ ſpem bonam. nam ſpes eſt firma via ſalutis. leues em̄ ſumus ad currendū viam aſperam. licet graues ſumus mente. Concluditur ergo ꝙ nullus debet ita timere ꝙ careat bona ſpe. Et dicit auctor hoīes morituri habētes bonā ſpem de vita ſepe diutius vīuūt. ⁊ ecōtra aliq̄ victuri ꝑ longa tpa deſperantes de vita citius ſepe moriuntur. nihil ergo eſt melius bona ſpe. ⁊ nil peius deſperatōe. ¶ Moraliter. oīs homo patrie leges ⁊ cōſuetudines libēter ferre debet. qꝛ vanum eſt loca mutare. quia vbicunqꝫ fueris aut ad quecunqꝫ loca fugias ſemper inuenies tuum ſuperiorem

tale animal agnellum cōmittit caule ouium
Capra cibum querens hedum commendat ouili

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

hedum.capre firma cuſtodit.caula clauſura
Huncilli ſolida ſeruat ouile ſera
hedum ſapiens capra ſuaſione preauiſat
Natum cauta parens monitu premunit amico
maneat intus nocumenta vagabundus
Ut lateat.nec ſit in ſua damna vagus
hedus abſcondit ſe tangit ianuas balatu
Hic latet.ecce lupus mouet oſtia voce.capellam
dicit aperiantur ianue peſſulate
Exprimit.vt pateant oſtia clauſa petit
maneas foris agnellus dicit falſa voce
Sta procul hedus ait.capriſas gutture falſo
indebite lupum foras
Cum male capriſes te procul eſſe volo
genitrix falſe figurat modus
Ut mea ſis mater mentitur imago loquendi
foramen ꝑ quã cerno oſtendit
Rimula(qua video)te docet eſſe lupum
impreſſa filiorum mentis.inſtructio
Inſita natorum cordi doctrina parentum
facit honorem.ſupple doctrina parentum
Sepe parit fructum.ſpreta nocere ſolet

¶ Hic ponit documentũ.ꝙ pueri obediẽtes parẽtibꝫ ſepe cõſequunt̃ cõmodũ ⁊ honorẽ de hoc. Et ꝑ oppoſitũ pueri ſpernẽtes p̃cepta parentum ſepe cõſequunt̃ damna ⁊ vitia. Uñ allegorice dr̃ Audiet hic viſtricũ patrẽ qui ſpernit amicũ. Iſtud declarat̃ fabuloſe ſic. Quodã eĩtpe dum capra quedã ad paſcua iret reliquit paruulũ hedum in domo.cui p̃cepit domũ obſeratã cuſtodire ne qs intraret donec ipſa rediret. Dum aũt iſta ad hedum capre dixiſſet lupus ſecrete aſtitit añ fores audiens quid mater p̃cepit filio ſuo.ſed capra abeunte lupus doloſe venit ⁊ pulſat ante oſtium incipiens loqui voce caprina :vt cum paruulus maternam vocem audiret ſubito clauſas ianuas apiret. ſꝫ hedus per rimulam conſpiciens ⁊ lupuꝫ vidẽs ſic ait.vocẽ quidẽ maternã audio.ſed neqꝫ caput neqꝫ pedes eius video.immo imago quã per rimulam video docet te eſſe lupum quare ad me non intrabis.
¶ Cõcludit ergo ꝙ pueri ſuis parentibꝫ obediẽtes prudenter agunt̃. ſed nõ obedientes ſepiſſime malo claudũtur fine. Etiam poſſet moraliter concludi ꝙ obedientes deo vitam eternam conſequuntur.ſed qui diabolo obediunt damnantur.

caſe aial.agno aſtante dicit magnum
Ceruus oui preſente lupo ſic intonat.amplum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# Cū commento

Alius frumēti teneris ſolnere reſtitue ceruo
Uas tritici debes reddere. redde mihi
pꝛecipit hoc animal obedit ouis ſcꝫ lupi
Sic iubet eſſe lupus. paret iſta timoꝛe iubentis
quia termiuo ſtatuto ꝓmittit ſup. ſol uere
Nāmqꝫ die fixo debita ſpondet ouis
pꝛolongatur agnellum infeſtat pꝛomiſſo
Fit moꝛa. ceruus ouem vexat de federe ceruo
ait agnus. non obligant pacta id eſt pꝛe timoꝛe
Inſtat ouis. non ſtant federa facta metu
ſup. ouē. opoꝛtuit pꝛecipiente omnia pꝛomittere
Me decuit cogente lupo quecunqꝫ fateri
ſup. ouē opoꝛtuit dolum. remouere ſimili dolo
Me decuit fraudem pellere fraude pari
anxietas in pꝛeſentia adeſt vota anxietatis
Lum timoꝛ in pꝛomptu reſidet pꝛomiſſa timoꝛis
non tenent metus tenent
Arent. nil fidei verba timoꝛis habent

¶ Hic au. po. aliā fabulā cuiꝰ documentū eſt. ꝙ ꝓmiſſiones facte pꝛoter metū coꝛpis nō obligāt ꝓmittentē. ¶ Cōcludit etiā ꝙ hō cū fraude poteſt ſe etiā defendere cōtra malos ꝛ fraudulētos. Iſtud declaratur nobis ſic. Quodā em̄ tpe ceruus impetebat ouē lupo pn̄te dicēs ꝙ ſibi vas tritici deberet. quare ceruus reqſiuit ouē vt ſibi ſatiſfaceret. et lupus hoc audiēs pcepit oui vt ſatiſfaceret. qđ audiēs ouis cū mg̃no timoꝛe rn̄dit ꝙ ſe libēter facere vellet. ꝛ aſſignatꝰ ē terminus ſolutōis. termīo aūt ſolutōis adueniēte/ acceſſit ceruus ad ouē exigēs qđ ſibi ꝓmiſſum fuerat. ouis aūt reſpondit ſe nihil ceruo debere dicēs. etſi triticū tibi ſoluere ꝓmiſerim. nō tamē ſoluam. qꝛ ſolū ex timoꝛe pn̄tis lupi ꝓmiſi. ſi em̄ lupus nō affuiſſet nihil tibi ꝓmiſiſſem. quare nihil tibi dabo. ¶ Concluditur ergo ꝙ pꝛomiſſiones timoꝛe moꝛtis facte non obligant pꝛomittentem ad ſatiſfaciendum

ruſtici longe alitum nutrierat ſerpentem
Ruſtica menſa diu nutritum fouerat anguem
id eſt hominis ſerpens diligere pietatem
Humanam potuit anguis amare manum
pietas magna ruſtici variatur. i. in ingratitudinē
Gratia longa viri ſubitam mutatur in iram
ſerpentis mittit ſcꝫ ſecuri
Ira per anguineum dirigit arma caput
leſionis. ſcꝫ ruſticus. paup̄ efficitur. i. p̄ vulnus. depauperatum
Uulneris actoꝛ eget. ſe vulnere credit egenum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

ſerpenti rogitat ſerpens dixit
Angui pro venia ſupplicat. anguis ait
tutus ruſtico tã magna aſcia
Non ero ſecurus, cum ſit tibi tanta ſecuris
pellis. iſtas recordatur. ſciſſuras cuti
Dum cutis hec memorat vulnera facta ſibi
ſuppl e anguem iterum
Qui me leſit item ledet ſi ledere poſſet
vtile eſt perfido nõ adhibere fiduciam
Expedit infido non iterare fidem
peniteat delicti peccatum indulges
Sed ſi te pigeat ſceleris. ſcelus omne remitto
pro quia fletus remiſſionẽ. i. contritõe mentis ꝑmeretur
Nam gemitus veniam vulnere cordis emit
leſit ledere alia vice
Qui primo nocuit vult poſſe nocere ſecundo
miſcuit. perfidus dulcia aconita eſtimo
Que dedit infidus mella venena puto

¶ Hic au. po. aliã fabulã cuius documentũ ẽ. ꝙ hõ ſemel inuẽtus in dolo ſꝑ habetꝛ ſuſpect⁹. qꝛ ſm iura Qui ſemel ẽ mal⁹ ſꝑ pſumitꝛ malus in eodẽ gñe mali; vt pꝫ de re. iu. li. vi. Includitꝛ etiã ꝙ forefactor ex cõtritõe veniã petẽs debet merito veniã cõſeq̃. Iſtud declaratꝛ fabuloſe per ruſticũ ⁊ anguẽ. Quodã cũ tpe ruſtic⁹ in domo ſua ſerpentẽ nutriuit. q̃propter anguis merito tenebatꝛ diligere illũ. qꝛ ab eo ſuũ recepit nutrimentũ. nec ſciuit ꝙ ruſtic⁹ ei nutrimẽtũ ad malũ finẽ miſtrabat. Succeſſu ṽo tpis ruſticus iratus intẽdebat exeq̃ finẽ ſui mali anguẽ ſecuri ꝑcuſſit ⁊ vulnerauit eũ. poſtmodũ cõtigit ruſticũ depauperari. depauperat⁹ ergo ruſtic⁹ cogitauit ſibi paupꝫtatẽ accidiſſe eo ꝙ anguez percuſſiſſet. quare ruſticus rogauit anguẽ vt ſibi ignoſceret. Anguis aũt rñdit ruſtico dicẽs. ex hoc ꝙ volebas me interficere tibi nõ credaz amplius. etiã nõ ſum ſecurus cũ in manu tua tantã habeas ſecurim. nã exquo me ſemel leſiſti timeo iterũ a te ledi. tamẽ qꝛ penitet te delicti. ideo forefactũ tibi dimitto qꝛ gemitus ⁊ cordis cõtritio veniã ꝓmerẽtur. ¶ Cõcluditꝛ hic etiã ꝙ dulcia ⁊ delectabilia ꝓpter malũ finez alicui exhibita nõ ſunt vera dulcia. ſed potius venena.

culex pũgit. ſupple hominem percutere
Muſca premit caluum. caluus vult ledere muſcam
percutiat ſeipm muſca
Vt muſcam feriat ſe ferit. illa ridet
ſup hõ dicit id eſt mors propinquo
Caluus ait. te parca iubet vicina iocari

percutior percutiaris morieris
Si ferior rides. ſi feriare cades
ſanus percuſſus vna vice morieris
Soſpes ero decies ictus. ſemel icta peribis
prompta ſup. caluo fauor ſupple muſce
Eſt mea prompta mihi gratia ſurda tibi
merito offendi offendat
Iure poteſt ledi leſor. ſi ledit in illum
a quo parua incepit leſura
Unde breuis cepit leſio. magna redit

¶ Hic auctor ponit aliā fabula. cuius documentū eſt. ꝙ hoīes debi/les potētioribꝫ volentes nocere ſepe ſe decipiunt. Cōcludit etiā ꝙ ex modica re frequenter magna lis orit. Iſtud declarat fabuloſe ſic. Quodā em̄ tpe ſedet muſca ſuper caput hominis calui vt ipm̄ morderet. calnus vero ſentiens muſcam extendit manū ſuā vt muſcam percuteret ſed ſeipm̄ pcuſſit. quod vidēs muſca ridebat. Ait ergo caluus. tu muſca rides qm̄ ego percutior. ſed ſi tu ſemel percutiaris mox morieris. et licet ego decies pcutiar ſanus tamen permanebo. ¶ Allegorice per iſtum caluum intelligi poſſunt religioſi. per muſcam homines ſeculares qui religioſos infeſtant ⁊ derident. ſed ipſi ſententia diuine in fine contra eos lata eternaliter peribunt

illo aīali. inuitante talis auis ſup. habere
Vulpe vocante venit ſperatqꝫ cyconia cenam
decipit. cyconiā humidis irridente
Fallit auem liquidis vulpe iocante cibis
quādo lambit. ſup. vulpes ſorbit. ſup. cyconia. triſticiam
Cum bibit iſta cibos. ſolum bibit illa dolorem
iſta deceptio. cōtra vulpem. machinat. id eſt deceptiones
Hic dolor in vulpem ſabricat arma doli
modici tempus breue cyconia. dixit
Sunt pauci mora pauca dies. auis inquet habemus
cibaria valent ſup. tu vulpes ſupple ad nos
Fercula. que ſapiunt dulcis amica veni
vulpes cyconia cibaria fundit
Hec venit. hec vaſe vitreo bona fercula condit
admittit ſcꝫ ſtricti. i. cyconiam
Hec ſolam recipit formula vaſſs auem
cōmendat cibos viſu ſplendor dapes denegat
Laudat opes oculo vaſis nitor. has negat ori
ſupple vaſis duplicat ſcꝫ ciborum. ſup. vulpes
Formula. ſic geminat viſus odorqꝫ famem

eſuriēs. reuertitur decipitur

Sic vulpes ieiuna redit. ſic fallitur audens

decipere dolo decipitur. ſup. vulpes

Falet re. ſic telo leditur ipſa ſuo

id eſt non lvis fieri ſupple hominibus

Que tibi non faceres. alijs feciſſe caueto

tormenta non vales ſuſtinere

Vulnera ne facias. que nequis ipſe pati

¶ Hic au. po. aliā fa. cui⁹ documētū ē q̄ nemo faciat alteri qd̄ ſibi nō velle fieri. Etiā icludit q̄ nemo aliū decipiet ne ſibi mō decipiat. Hoc innuit nob̄ p vulpē ⁊ cyconiā. Quodā em̄ tpe vulpes inuitauit cyconiā a dcenā doloſo tn̄ aīo. ⁊ paui t vulpes bona ⁊ liq̄da cibaria. ⁊ effudit ea late ſup mēſam. vn̄ cyconia roſtro ſuo lōgo cibaria illa ſumere non potuit. vulpes āt ligua ſua lingēdo ſola oīa cibaria ſumpſit. Cyconia aūt vidēs ſe ſic deluſam cogitās de vindicta volēs vulpi reddere tali onē inuitauit eā poſt paucos dies in domō ſuā ⁊ bona fercula p̄parauit que in vaſe vitreo ſtrictū hn̄te orificiū erāt. Vulpes āt ad cenā veiēs cibaria nec ligua nec ore attigere potuit ꝓpter vaſis artitudinē. Cyconia xo roſtro ſuo lōgo ī vas immiſſio oīa illa cibaria ſola comedit. Sed vulpes vidēs ſe ea q̄ pri⁹ decepat arte deluſaȝ triſtis ⁊ famelica receſſit

p qn̄. pertranſit inuenit ſcia elatum

Dum legit arua lupus reperit caput arte ſuperbum

caput decorat magna ſcientia maxillis

Hoc ornat humanis ars precioſa genis

caput vtroq̄ȝ vertit ſcȝ ſequentia dicens

Hoc lupus alterno voluit pede verba reſoluens

ſine loq̄la max lle id eſt ſine corde

O ſine voce gene. o ſine mente caput

obtenebrat delet mentis obtuſitas decorem

Fuſcat ⁊ extinguit cordis caligo nitorem

id eſt mentis in mundo. ſplendor

Corporis eſt animi ſolus in orbe nitor

¶ Hic auctor ponit aliā fabulā cuius documentū eſt. q̄ bona naturalia multa p̄ſtātiora ſunt fortuitis cuiuſmodi ſunt diuitie pulcritudo et alia ſimilia. Includit etiā q̄ bona aīe ſicut boni mores virtutes et ſciētie p̄ualēt bonis corpis. vt ſunt pulcritudo fortitudo ſanitas ⁊c̄. Iſtud innuit nobis p qd̄dā caput humani capitis formam habens. Quodā em̄ tpe lupus ptranſiēs campos inuenit q̄ddā caput artificialiter factū habēs formā humani capitis. qd̄ ſub pedib⁹ ſuis voluebat dicēs. Tu q̄dē habes formā ⁊ diſpōnem hoīs ſenſitiui ⁊ carēs rōe. ſi aūt rōem haberes nō ſuſtineres illud qd̄ tibi facio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

talis auis ornato.ta lis auis veſtitu
GRaculus inuento picti pauonis amictu
ſeipm ornat ſuſtinere ſpernit ſcȝ eiuſdem generis
Se polit ⁊ ſocias ferre ſuperbit aues
ſupple graculus eſſe pluma oſtendit
Quem fore pauonem pauonis penna fatetur
nature.ſup.graculus ſocias
Pauonum generi non timet eſſe comes
fraudem percipit fieri id eſt laudem
Pauo dolum ſentit.falſi pauonis honorem
arguit coartatam.i.ictibus graculus
Increpat ⁊ domitam verbere nudat auem
ſupple graculus vitat id eſt magnam verecundiam
Nuda latet.ſocioſqꝫ fugit nimiumqꝫ pudorem
ſuſtinuit aſpero.ſud.graculum noſtro ſcȝ pauo
Suſtulit hunc duro vulnerat ore comes
exaltans ſe nimium cadit in infimis
Aſcenſor nimius.nimium ruit aptus in imis
ſupple ad ruinam magna
Eſt locus eſt leuis hic.illa ruina grauis
magis eſt.mat virtus naturalis concedit.
Qui plus poſſe putat ſua qꝫ natura miniſtrat
ſuam poteſtatē excedens ſe pſo. ſcȝ ad poteſtatem
Poſſe ſuum ſuperans ſe minus ipſe minus
gracule operta.virtus naturalis
Si tibi nota ſatis nature meta fuiſſet
ſup.in corpore pauper id eſt ſine plumis eſſes
Nec vilis nec inops nec ſine veſte fores
ſcȝ bona non placent continuus raptor
Cui ſua non ſapiunt.alieni ſedulus auceps
illud capiens.ſcȝ ille deficit
Quod non eſt rapiens deſinit eſſe quod eſt

¶ Hic auctor ponit documentum ꝙ quilibet caueat petere illa que ſtatui ſuo non congruunt. Etiam includitur ꝙ ꝗlibet caueat ſe vſurpare res alienas.nam quicunqꝫ appetit iniuſte bona aliena ſepe priuatur tam illis quaȝ proprijs.quod declaratur nobis ſic. Quodam enim tempore graculus pulcram pellem pauonis inuenit quam induebat et ſe in tantum exaltabat ſuperbiendo de ſua pulcritudine ꝙ aliorum graculorum ſocietate ſpreta pauonibus ſe adiunxit inter quos conuerſabatur fingens ſe eſſe pauonem. Tandem quidem pauo percipiens eū nō eſſe verum pauonem.ſed fictum pellem pauonis ſibi abſtraxit denudans ipſum omnibus plumis proprijs.multiſqꝫ plagis impoſitis

extra pauonū ſocietatē ipm ꝓiecit. Cū āt ſic erat eiectus nō audebat venire inter alios graculos, ſʒ ſolus in ſecreto loco latebat. Quē alius graculus increpauit dicēs, ſocie mi qꝛ petebas qđ tibi nō cōgruebat, ideo magnū malū paſſus es, qꝛ capiēs plumas pauonis ab honore proprio ꝑuatus eſt. ¶ Cōcludit ergo vt ꝑus dictū eſt.

tale aīal impetum. pro quia id eſt ductor
Mula capit curſum. nam mulam mulio cogit
vermis leſione
Mule muſca nocet verbere ſiue minis
quare feſſo aurigam tardaris
Cur pede ſopito currum tempuſqꝫ morarís
mulum verbero ſtudo mula
Te premo. te pungo peſſima curre leuis
id eſt dicit dicis id eſt apparere
Mula refert. quia magis tonas vis magna videri
tue mine opera mula
Nec tua verba nocent. nec tua facta mihi
mulam patior illa pars aurige
Nec te ſuſtineo. ſed eum quem ſuſtinet axis
ſupple aurigam retinet deorſum percutit
Qui mea frena tenet. qui mea terga ferit
id eſt potens. robuſte
Audet in audacem timidus fortiqꝫ minatur
infirmus quando cernit
Debilis audendi dum videt eſſe locum

¶ Hic ponit documentū. ꝙ hoīes naturaliter timidi vidētes alioꝝ miſeriā nocendo ſepe ſunt peiores his ꝙ̄ qui ex natura ſunt audaces. Qđ declarat nobis ſic. Quodam eñ tempore mula trahens currum percutiebatur duris verberibꝫ ab auriga, eo ꝙ veloci motu currū non trahebat. quod videns muſca cepit morſibꝫ torquere mulam dicens o mula curre velociter quia ego pungo te. Audiens hoc mula reſpondit. o muſca quia vides me caſtigari dicis mihi obprobrioſa verba et tamen nec verba nec facta tua nocent mihi. ſed ſolum auriga qui verberibus me premit. ¶ Concludit ergo ꝙ homines timidi quando vident alios diſfortunatos pati miſeriam magis eis nocent ꝙ̄ potentes. Includitur enim ꝙ timidi audent inuadere audaces dum viderint auxilium alias non.

talis auis iurgia tale animal loquela vexat
Muſca mouens lites formicam voce fatigat
ſuperſcriptionibus viliter muſca
Sic titulis ornat turpiter ipſe ſuis



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# Cũ cõmento

langues infuſa tauernis muſce inueſtigatur velocibus
Torpes merſa cauis. leuitas mih i queritur alis
cauerna manſionem muſce
Dat tibi foſſa domum. nobilis aula mihi
delicata cibaria frumenta. muſcã. regal' mẽſa fouet
Delicie ſint grana tue me regia nutrit
potas potum turbidum bonum vinum
Menſa bibas fecem. ſed bibo dulce merum
ſcꝫ terre preſtat vas aureum
Quod bibis a limo ſugis. mihi ſuggerit aurum
lapides ſcꝫ ſedendo ſedes regales
Quod bibo ſaxa premis. regia ſtrata premo
loco nutrimento dormitorij dominis
Sede cibis potu thalamis cum regibus vtor
domicelle firmo maxillis
Regine teneris oſcula figo genis
nocentia attribuit tale aĩal damna
Non minus vrentes reddit formica ſagittas
id eſt modicum
Et ſua non modicum ſpicula fellis habent
congratu lor incluſa. cauernis ala
Ludo merſa cauis. neſcit tua penna quietem
formice. modica ſufficiunt muſce magna
Sunt mihi pauca ſatis. ſunt tibi multa parum
formicã ioc ũdã pcepit. ſpicula. muſcam ſcꝫ menſa
Meleſ am iubet eſſe cauus. te regia triſtem
formice frumenta ſcꝫ muſce diuitie
Plus mihi grana placent. q̃ꝫ tibi regis opes
producit formice muſce
Venatur mihi farra labor. tibi fercula furtum
fercu la formice dulcificat ſcꝫ regia cibaria
Nec mihi pax mellit. toxicat ille timor
pura farina vtor muſca. maculas quecunqꝫ tangis
Munda farre fruor. tu fedas omnia tactu
pro quia ſup. ego formica oĩbus tu muſca
Cum nulli noceam. cuilibet ipſa noces
formice non nocendi exemplum muſce. vitalis operacio
Eſt mea parcendi ſpeculum. tua vita nocendi
accipio muſcit ſpoĩia deglutiris
Sunt mea que carpo. tu niſi rapta voras

edas ſeꝫ tu eſca ſup.ego formica deficiam
Ut comedas vinis.comedo ne viuere ceſſem
formicam moleſtat muſcam expellit
Me nihil infeſtat.te fugit omnis homo
a quibus accipitur.ab illo naturali inſtrumento
Unde petis vitam.rapitur tua vita palato
melliflua amaritudinem ſtrennue
Dulcia vina bibens.fel necis atre bibis
interficit muſce fugata flatu
Se necat illa ſibi ventoſa victa flabello
necem ſuſtineris id eſt quaſi mortua
Aut mortem pateris.aut ſemiuiua iaces
vnles eſtatis perſeuerare
Si potes eſtiui bono durare caloris
omnia alia ſcꝫ muſce
Cetera ſi parcant non tibi parcit hyems
ioeunda ſup.verbo vili vilia tribui
Dulcia pro dulci.pro turpi turpia reddi
conſuetum eſt.illud inſtrumentum preparat
Uerba ſolent.odium lingua fidemqꝫ parit

¶ Hic ponit documentū ꝙ populus nō debet vnū approbare ⁊ aliuꝫ vituperare propter laudes proprias. Includit etiā ꝙ hō debet temperate viuere ⁊ nō preſumptuoſe Includitur etiā ꝙ honeſta allocutio honeſtā meretur reſponſiouem.⁊ allocutio peruerſa generat odium. Iſtud declarat nobis per formicam ⁊ muſcā. Quodam enī tampore muſca vituperauit formicam dicens ſe eſſe nobilem. formicā aūt ignobilem.q2 formica eſſet tarda morans in cauernis terre ipſa aūt muſca eſſet leuis potens volare ꝑ alta. Etiaꝫ dixit ꝙ formica viueret de granis ⁊ biberet fecem ſumens potū ſuū ex limo terre.muſca aūt viueret de mēſa regia ⁊ biberet ex vaſis aureis.⁊ ſic in multis alīs muſca vituperauit formicā:vt patet in textu. His auditis reſpōdit formica muſce increpando eā dicens.o muſca q̄uis ſic epularis.tn̄ nō es laude digna q̄uis etiaꝫ te laudaſti.licet illa que dixiſti ſint vera.habes tamē alios defectus maiores.⁊ rn̄debo tibi ꝑ ordinē ad obiecta tua. Primo licet moror in cauernis terre.tamē ibi habeo vitā quietā .tu licet ꝑ alta volas.cares tn̄ tua quiete ⁊ licet etiā comedis de mēſa regali.⁊ ego de granis cāpi tn̄ iſta modica mihi ſufficiūt ſed tua multa nō ſufficiūt tibi.⁊ ſic formica ad oīa rn̄debat vt patet in textu. ¶ Moraliter ꝑ formicā poſſunt intelligi hoīes boni ⁊ iuſti q̄ de laboribꝫ ꝓpēſis viuūt ⁊ modico cōtentant.ꝑ muſcā intelligūtur hoīes qui curias domenorum ſequuntur.multa ſibi accumulantes iniuſte ⁊ volentes alīs preeſſe dicentes ſe nobiliores eſſe ⁊ vituperantes pauperes



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

Quibus pauperes poſſunt reſpõdere melius eſt modicum habere iu
ſte q̃ȝ magnas diuitias iniuſte. Pauperes eñ de laboribus viuunt
ſobrie ⁊ caſte. ⁊ iuſta poſſidẽt bona. auari eñ ⁊ guloſi bona ſua inter/
dũ iniuſte acq̃runt de quibꝫ guloſe viuũt

tali animali id eſt crimine togitat
Reſpondere lupo de furti labe tenetur
ſcꝫ vulpem ſcꝫ lupus. ſcꝫ furtum. ſcꝫ vulpes
Vulpes. eam vocat. hic petit. illa negat
hoc animal ſubtilitas
Simeus eſt iudex docti non errat acumen
id eſt ſecretum. cordis portat
Iudicis. arcanum mentis in ore gerit
up. ſimeus. cogitat deſideras dolus
Iudicium fugit. poſcis quod poſcere fraus eſt
petis fiduciam. ſcꝫ aliqua fidelitas
Vſq; fidem de re. quam negat ipſa fides
vulpes rapinas lupum conſuetudo
Tu bene furta negas. te vite purior vſus
excuſas diſcordiam tempetat odium
Liberat. hanc litem pax domat. ira cadet
vnitas deceptio productrix
Simplicitas veri fraus eſtq; puerpera falſi
concors opera
Eſſe ſolent vite conſona verba ſue
malis operibus. inſtructi non valent ſcꝫ peccata
Sordibus imbuti nequeunt dimittere ſordes
decipere decipere deſid erat
Fallere (qui didicit) fallere ſemper amat

¶ [Hic] auctor ponit documentum ꝙ homines conſueti malefacere
difficulter poſſunt conſueta relinquere. quia conſuetudo eſt altera na
tura. vnde contingit ꝙ homo conſuetus malefacere vix poteſt bene fa
cere. Quod declaratur nobis per vulpem ⁊ lupum. Quodam enim
tempore lupus accuſabat vulpem de furto. ⁊ traxit vulpem in cauſaȝ
coram iudice qui erat ſimeus. Simeus autem diſcretus iudex dixit
ad lupum. o lupe quare vulpi furtum imponis credo ꝙ vulpi iniuri/
am facias cum vulpes ſit iuſta ⁊ recta in omnibus ſuis factis ſine do/
lo ⁊ fraude. quare ammiror ꝙ a vulpe queris hanc rem quã vulpes ti
bi non abſtraxit. ꝙ aũt vulpes ſit iuſta ⁊ recta oſtendit ſuus modus
viuendi honeſtus. Hoc aũt deriſorie dixit. quia vulpes minime ſim
plices ſunt. ¶ Vnde concluditur. ꝙ qui conſueti ſunt mala facere dif/
ficulter poſſunt illa relinquere ⁊ bene facere ſicut vulpes conſuete ſunt
fraudulenter viuere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# liber Eſopi

rapina raptor tale animal rogat
Preda viri preda murum muſtela precatur
indulgentiam miſereri ſupple muſtele
Da veniam debes parcere parce mihi
mundat. ſcȝ mure ab immundicia
Nam caret hoſte domus ꝙ abeſt a ſorde fatetur
ſupple ſeruitium ſupplicat id eſt parce
Eſſe meum pro me te rogat. ergo faue
miniſtro ſupple muſtele operum
Seruitio me redde tuo. mihi redde laborum
munera ſupple ſalua
Premia pro dono ſit mea vita mihi
ſuo vir dicit laborum gratia intentioni
Ille refert operum debetur gratia menti
labori acceptū voluntas
Non operi gratum mens bona reddit opus
actualiter ſcȝ in animo
Nemo licet proſit niſi vult prodeſſe meretur
vtilis eſſe inimicus. nocere
Nam prodeſſe poteſt hoſtis obeſſe volens
ſcȝ viro vtilis eſſes intendebas
Cum mihi prodeſſes mihi non prodeſſe volebas
ſcȝ muribus. ſup. muſtela inimicus
Hoſtibus ipſa meis ⁊ meus hoſtis eras
ſcȝ viro. ſcȝ mures interficiens ſup. muſtele vtilis
Non mihi monſtra necans. ſed eras tibi prouida ſoli
volebas comedere
Sic panem poteras rodere ſola meum
ſupple tu muſtela ſup. tue tributum
Pane meo pinguis mihi da pinguedinis vſum
ſup. meis rende mortem res mori. moriaris
Damnis penſo necem. digna perire peri
opus animi id eſt ſola intentio
Nil ornat factum niſi mentis ſola voluntas
conſidero animi. intentionem
Non operis factum. ſed noto mentis opus

¶ Hic auctor ponit aliam fabulam. cuius documentum eſt. ꝙ nihil ornat opus aliquod quantum bona voluntas ⁊ recta intentio. Includitur etiam ꝙ non ſemper merces tribuenda eſt homini benefacienti quia aliquis interdum benefacit alicui tamen ille intendit nocere ci. Iſtud declaratur fabuloſe ſic. Quodam enim tempore muſtela

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

moꝛabatur in domo cuiuſdam viri omnes mures illius domus de/
uoꝛans. Cõtigit aũt muſtelam illam capi a viro illo. que capta roga/
bat veniam dicens. O bone vir parce mihi ꝛ da veniam mihi. quia
tota domus tua ꝑ me a muribꝫ liberata eſt. faue ergo ꝛ redde mihi ꝓ/
mia laboꝛis mei ꝛ ſit mihi vita mea pꝛo mercede. Cui vir ait. grãruꝫ
actões debentur meriti. ꝛ nõ operi. quaſi diceret. bona opa debent at/
tendi ex bona voluntate operãtis. Vñ licet quis benefecerit alteri ſi·
tamẽ nã intendat non meretur ex hoc. ſic licet tu mihi pꝛofuiſſes non
tamẽ intendebas. qꝛ hoſtis mihi eras ꝛ etiã hoſtibꝫ meis ſcꝫ muribꝫ.
quos nõ interfeciſti cauſa mei ſed tuiꝯpſius lucro vt ſcꝫ ſola meũ poſ
ſis rodere panẽ. vñ ꝛ tu impinguata es. redde ergo tributũ de pingue
dine tua. ꝛ ꝑ damnis mihi illatis moꝛtẽ habebis. Cõcluditur ergo ꝙ
ſola bona voluntas ꝛeddit opus meritoꝛium ꝛ laudabile. ꝛ nõ ipſuꝫ
opus. ¶ Allegoꝛice per muſtelam poſſunt intelligi hypocrite qui pꝛo
pter humanã laudẽ faciũt multa genera bonoꝝ opeꝝ: vt appareant
boni ꝛ iuſti in conſpectu hominũ. qui tandem in agone moꝛtis conſti
tuti eterno igni cõdemnantur. licet tũc excuſent ſe dicentes. Nõne do
mine opa bona fecimus. Dñs aũt reſpõdit eis. neſcio vos. quia non
pꝛopter me. ſed ꝑpter gloꝛiã tpalem feciſtis illa

ſimilari tauro inflatur ſupple rane
Equari vult rana boui. tumet ergo. tumenti
inuenis deſine. in cõparatione ad bouem
Natus ait ceſſa: pꝛe boue tota nihil
triſtatur magis inflatur increpat ſupple ranam
Rana dolet. meliuſqꝫ tumet. pꝛemit ille tumentem
ſuperare non valebis ſuperata. rumpi
Vincere non poteris. victa crepare potes
tercia vice. ſup. ranam. infeſtat. inflatio inflãtionis
Tercius iratã vexat tumoꝛ. illa tumoꝛis
rumpit. ranam. inteſtina effluant
Copia fundit eam. viſcera rupta patent
id eſt cum ſuperioꝛe; inferioꝛ. litigare. poſtponat. i. ſeipm
Cum maioꝛe minoꝛ contendere deſinat et ſe
virtutes moderet
Conſulet: vt vires temperet ipſe ſuas

¶ Hic au. ponit aliã fabulã cuius documentũ eſt. ꝙ mioꝛ nõ dꝫ ſe cõ
parare maioꝛi qꝛ cõpatões ſunt odioſe. Cõcluditur etiã ꝙ ſuperbia
paupeꝝ eſt multũ vitupanda. Iſtud declaratur fabuloſe ſic. Quodaꝫ
eñi tpe rana ex palude egreſſa vidit magnũ bouem in paſcuis. cui vo
lẽs eſſe ſimilis incepit ſufflare dicẽs filijs ſuis. inſpicite me an ſim eq/
lis boui. Qui dixerũt. nequaqꝫ. qꝛ reſpcũ bouis nihil es. Et tunc ra/
na ſcdo magis inflauit ſe dicẽs. qd mõ vobis videt. At illi dixerũt. tu

nullo mō potes eſſe boui equalis. ſed potius creperes ꝑ mediuʒ. Vñ
rana irata tercio inflauit ſe adeo ꝙ crepuit per medium

intendens. rapine ſentis
Sollicitus prede currit leo. ſpina leonem
ledit offendit. ſup. leonis. infixa
Uulnerat. offendit in pede merſa pedem
clauſa agilitas improuiſa
Fit mora de curſu. leuitas improuida tardum
frequenter offenſo ſcʒ quattuor
Sepe facit. leo ſtat pede turba pedum
ſup. leonē permittit. leſio id eſt putredinē. cōqueritur
Uix egrum ſinit ire dolor. ſaniemqʒ fatetur
leſio. i. hoc ipm̄ offendit id eſt plage leſura
Uulnus idem loquitur. vulneris ipſe dolor
pro qñ vulneranit euentus. medelā dat. ſup. miſeris
Cum leſit miſeros fortuna. medetur eiſdem
id eſt ergo quare. curatorem. vulnus
Hinc eſt cur medicum cura leonis habet
pro quia opilionem inuenit
Nam leo paſtorem reperit. paſtorqʒ leoni
pro cibo prebet agnum. ſpernit ſup. leo. ſcʒ agnum
Pro dape tendit ouem. reſpuit ille dapem
ſup. leo vulnus extenſo oſtendit ſup. paſtori
Supplicat. ⁊ plagam tenſo pede monſtrat. ⁊ illi
roga. auxiliū. opilio plagas lenit ſpintre
Orat opem paſtor vulnera ſoluit acu
recedit cum putredine ſup. exñs. leſionis
Exit cum ſanie dolor hic. ⁊ cauſa doloris
ſup. leo ſanantem. ſ. ꝑtingendo. ſup. paſtoris
Hic blando medicam circuit ore manum
ſanus recedit. beneficij memoras retinet
Soſpes abit. meritiqʒ notas in corde ſigillat
duratōe tp̄is. obliuiſci. i. bñficij illatū nō poteſt
Tempore delere gratia firma nequit
poſt hoc retia incidit vrbis rome capture
Hinc leo vincla ſubit. romana gloria prede
ſup. leonē. tenet aſſociatur. leo. beſtijs feris
Hunc habet. ⁊ multis additur ille feris
mortis occaſionē opilionis delictum dedit
Ecce necis cauſam paſtoris culpa propinat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

includitur .i. in medio aīalium cibus leonibus
Clauditur in medijs et datur eſca feris
paſtorē leo. cognoſcit accedit. paſtorem paſtor. ſupple paſtori
Hunc fera preſentit petit hunc timet ille timenti
paſtori. leo applauoſt. ſup. paſtor. recedit anxietas
Huic fera blanditur. ſperat. abitqꝫ timor
crudelitatis. ſup. leo leo applaudit
Nil feritatis habens. ludit fera. cauda reſultat
leo mãſuetus fit nõ oſtendit. crudelem beſtiam
Dum fera manſueſcit ſe negat eſſe feram
ſup. paſtorē. ſeruat reddit. cũ beneficio ſibi factam
Hunc tenet hunc lingit. penſatqꝫ ſalute ſalutem
permittit plagas ſupple vulnera
Nulla ſinit fieri vulnera. nulla facit
id eſt, romani mirantur paſtori fere
Roma ſtupet. parcitqꝫ viro. parcitqꝫ leoni
ſup. leo reuertit. nemora reuertit. paſtor. i. in domum ſuam
Hic redit in ſiluas. et redit ille domum
beneficium obliuiſci longeuitas
Non debet meritum turpis delere vetuſtas
id eſt recepti. recordantis. homines beneficij
Accepti memores nos decet eſſe boni

¶ Hic auctor ponit aliã fabulã, cuius documentũ eſt, ꝙ tpis longe-uitas nõ debet delere beneficiũ acceptum. ſed omni tpe qui beneficiũ accepit tenetur eſſe memor illius Iuxta dictum Senece dicentis in libro de bñficijs. Obliuiſci beneficij accepti eſt animi malignãtis Iſtõ declarat nobis p quendã opilionē z leonē. Quodã enĩ tpe leo prede cupidus pcurrens ſiluã p loca ſpinoſa pedem ſub in ſpinis adeo vulnerauit. ꝙ vlterius pcedere nõ potuit. Leo vero ſic vulneratus huc z illuc circumiens remediũ ſui doloris qſiuit. Tandē aũt quendam vidit oviũ paſtorē curam ſui gregis in vicino nemore agentē hunc leo aggrediēs medelã ab ipſo ſperãs pedē ſibi porrexit. Paſtor aũt cognita doloris cauſa pedē apprehendēs ſpinã cũ ſanie extraxit. Leo vo ſic curatus grates quas natura conceſſit ſubmiſſo capite z amicabili ſue cauda blanditõe medico ſuo dedit z ſic paſtorē valefaciēs receſſit ſed acceptũ beneficiũ in corde ſuo retinuit. Cõtigit aũt poſtea ꝙ iſte leo fuit captus a romanis. z incluſus in quadã caſtello cũ multis alijs feris z leonibus. in quod z malefactores a feris deuorandi intrudebantur. Porro contigit ꝙ idem paſtor coram rege ſuper quodam crimīe accuſaretur. qui iudicio regis in locum damnatorꝫ miſſus eſt a leonibus deuorãdus. Leo aũt medicum ſuum cognoſcēs, digno quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

potuit venetaꝛ obſequo alioſq; leones in ipm ſeuire volẽtes coercuit ⁊ ſic paſtorẽ illũ a dẽtibꝫ leonũ ⁊ feraꝝ defendit. Quod videtes romani mirabanꝛ valde. vñ ammiratõe ⁊ pietate cõmoti ambos ſcꝫ leonẽ ⁊ paſtorẽ dimiſerũt. quo facto leo redit ad ſiluã ⁊ paſtor ad domũ ſuam. ¶ Cõcludiꝛ ergo q̄ ſp̄ bonũ eſt bñfacere ⁊ bñficij reminiſci. qꝛ mutuis bñficijs creſcit amicicia. ⁊ mutuis maleficijs diſcordia creſcit ¶ Notãdũ etiã. q̄ ſm quoſdã pñs textus nõ intẽdit fabulã ſꝫ verã hyſtoriaꝫ qꝛ hic nihil poniꝛ qđ includat impoſſibilitatẽ credẽdi. Vñ dicũt q̄dã iſtam hyſtoriã reperiri in cronicis romanorum

rodit pascuam. aſpicit equum ars meditinalis
Tondit equus pratum. videt hunc leo. cura leonum
commouet cibus
Det mouet: vt fiat eſca leonis equus
ſupple leo ſalue vtor
Inquit equo. mi frater aue. fruor arte medendi
ſocius ſupple equo annuit
Et comes. ⁊ medicus ſim tibi. fauet equus
percepit dolos deceptioni cum dolo obuiat
Sentit equus fraudes. ⁊ fraudi fraude reſiſtit
id eſt in animo cogitans dolos dixit
Mente prius texens retia fraudis ait
inquiſitus optatus ſupple leonem preſentat
Queſitus placiduſq; venis. te temporis offert
õportunitas cogat ſupple equo id eſt ſpina leſus
Gratia. te rogitat pes mihi ſente grauis
ſup. leo. annuit appropinquat demiſſo capite pedem
Hic fauet. inſtat equo. ſubmiſſo vertice calcem
intuſſit extinguit id eſt vitam
Imprimit ⁊ ſopit membra leonis equus
receſſit illp extaſis poteſt redire
Vix fugit ille ſopor. vix audet vita reuerti
ſupple ſua exigens ſuſpicit. i. equus receſſit
Vix leo colla mouens reſpicit. hoſtis abeſt
inculpat. ſup. iuſte pro fraude ſupple condignam
Sic leo ſe damnat. patior pro crimine penam
pro quia. finxi. modum amicicie inimicus
Nam geſſi ſpeciem pacis. ⁊ hoſtis eram
tu homo confitearis
Quod non es non eſſe velis. quod es eſſe fateris
ſup. aliquis ſcꝫ ſcđm veritatem non fatetur
Eſt malo quod non eſt. qui negat eſſe quod eſt



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# Cū cōmento

¶ Hic ponit aliā fabulā cuiꝰ documentū eſt. ꝙ nullus debet ſe fingere talē qualis nō ē nec ſil'r debet ſe negare talē q̄lis ē. Includit etiaꝫ ꝙ bñ loq̄nēs ⁊ malū intēdēs ſepe ſuffert malū qd̄ intēdebat. Iſtud oſtēdit nobis ꝑ leonē ⁊ equū. Quodā eñi tp̄e ſtet it equus in paſcuis ⁊ ecce leo prede cupidus ex improuiſo ſuꝑuenit quē vt vidit equus graui metu ꝯplexus eſt. ⁊ ait intra ſe. Anguſtie mihi vndiqꝫ. quo fugiendū ſit ignoro. leoni eñi reſiſtere tutū nō eſt. tergum etiā p̄bere vitium eſt. Sed cogitans leonē eſſe piū ⁊ miſericordē ſimulato lāguore hinnire cepit claudicans in poſteriori pede. qd̄ vt vidit leo equū acceſſit ⁊ medicū ſe finxit. Qd̄ audiēs equus leonē ſe diu inq̄ſiuiſſe dixit. ⁊ iā oportuno tp̄e aduenīſſe. dextrū ſibi oſtendēs pedē poſteriorē in quo ſpinā ſe habere dixit. Leone aūt appropinquāte vt doloris cām inq̄reret eleuato pede cōcuſſit frontē eius calce ſigillādo adeo ꝙ ad terraꝫ ſemiuiuus cecidit ⁊ leone ſic proſtrato equus velociter aufugit. Leo vero ſic extinctus cū poſt longā moraꝫ caput ſuū vix rexiſſet. ⁊ circūſpiciēs equū nō vidiſſet. ait intra ſe. merito hec patior. qꝛ mentiebar eſſe amicum cū tamen inimicus eſſem. Caueat ergo ſibi q̄ſqꝫ ne alteri oſtendat verbo vel facto quod corde non intendat. nec oſtendat ſe amicum cum ſit inimicus ne ſibi cōtingat ſicut leoni cōtigit. ¶ Moraliter nullus debet ꝑuerſis miſereri nec iniquos fouere. qꝛ quanto plus foueantur tanto nociuiores efficiuntur.

gloriatur id eſt ornamentis exaltat ſe
Gaudet equus phaleris. freno ſellaqꝫ ſuperbit
pro certo ornat ornamenta
Iſta quidem veſtit aureus arma color
obuiat aſinus platea coartat
Obſtat aſellus equo. vicus premit artus aſellum
id eſt aggrauat. pondus. i. renatꝰ ſup. leonem
Vexat onus. tardat natus eundo labor
ſupple equo. impediuit equus proclamat
Qui ſibi clauſit iter ſonipes inclamat aſellum
id eſt obuias id eſt tu miſer aſine
Occurris domino vilis aſelle tuo
ſupple aſino id eſt gratiam delicto ſuperbie
Vix tibi do veniam de tanti crimine faſtus
prebenda eſſet ſup. ego equus
Cui via danda foret libera dignus eram
id eſt tacet ſup. aſinus ſe ex verecundia tacendo
Subticet ille timens. mutuſqꝫ pudore ſilendo
ſecurior non aduertit
Tutior. ⁊ ſurda preterit aure minas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

magna dignitas decreſcit pro q̄ñ ſuperare preſumit
Summus honor declinat equi. dum vincere temptat
ſuperatur inteſtina fracta non permittunt
Vincitur. ⁊ curſum viſcera rupta negant
ſupple equus ornamentis ſpoliatur deaurato
Priuatur phaleris. freno priuatur honeſto
ſup. equum. vexat cōtinuo. currus oneroſus
Nunc premit aſſiduo reda cruenta iugo
equo dorſum aſperat ledit id eſt humerum
Huic tergum macies acuit. labor vlcerat armum
ſcz equū. ſup. aſinus in deriſionem groſſus
Hunc videt. inq̧ iocos audet aſellus iners
o ſtulte ſplendens id eſt aureum capiſtrum
Dic ſodes vbi ſella nitens. vbi nobile frenum
id ē q̄re.. i. iſta macilentia receſſit. ſplendor
Cur eſt hec macies. cur fugit ille nitor
iſta miſeria pompa receſſit
Cur manet hic gemitus. cur illa ſuperbia fugit
id eſt humiliat ſuperbos ſtatus
Vindicat elatos digna ruina gradus
id eſt quieſcere i. poteſtas. i. dignitas. i. pulcritudo. i. anneſitas
Stare diu nec vis nec honor nec forma nec etas
in orbe magis ſupple predicta
Sufficit. in mundo plus tamen iſta placent
id eſt longo tp̄e id eſt pauper
Viue diu. ſed viue miſer. ſocioſq̧ minores
ſuſtinere. gaudium tua miſeria ſup. amico
Diſce pati. riſum dat tua vita mihi
id eſt trāſitorijs fidem adhibe id eſt potentia
Pennatis ne crede bonis. te nulla poteſtas
contra pauꝑes iactet pauper fieri vales
In miſeros armet. tu miſer eſſe potes

¶ Hic po. aliā fabulā. cui⁹ documētū eſt. ꝙ nemo dꝫ deſpicere pauperes. q2 fortuna poteſt mutari. q̇ em̄ nūc eſt pauꝑ p̄t eſſe diues. Includitur etiā ꝙ nullus debet ſuꝑbire ꝓpter abundātiā bonoꝝ tp̄alium breui em̄ hora illis p̄uari poteſt. Iſtud innuitur nobis fabuloſe per aſinū ⁊ equū. Quodā em̄ tp̄e q̄dam aſinus vilis ⁊ tardus graue portans onus in dorſo obuiauit cuidam equo nobili ⁊ phaleratro ornamentis deauratis in quodā vico ſtricto adeo ꝙ aſinus vix poterat equo cedere. vn̄ equus indignatus cepit exprobrare aſinum ſic dicens O miſer aſine quō audes obuiare mihi dn̄o tuo. cū deberes mihi ce

dere. Aſinus aũt timẽs ⁊ vereccũdus receſſit. Poſtea aũt cõtigit illũ
equum ad quoddã torneamentũ ire. in quo dũ fortiter curreret rum
pebat viſcera ſua quare amplius dño ſuo vtilis nõ erat ⁊ idõ vẽdidit
ipm cuidã carrucario ad trahendũ bigas. vñ ⁊ equus ille iugo mace-
ratus oẽm pſtinũ decorẽ amiſit. Porro accidit q̃ pdictus aſinꝰ huic e
quo bigã trahẽti obuiaret. quẽ vt vidit aſinꝰ deridebat ipm dicẽs. O
chare frater dic mihi iã vbi ẽ tua pulcra ſella. vbi tuũ frenũ deauratũ
vbi mõ eſt tua gloria qua ſupbiebas. De iure eñ iſta pateris. q꞉ tem
pore proſpero nimia inflatus eras ſuperbia. quare iuſta ruina vindi
cat viles gradus ſuperbie ⁊ pompoſitatis

.i. aïalia quadrupedia. bellant. i. volatilibꝫ. palma vacillat
Quadrupedes pugnant. auibus victoria nutat
mixta timore turbat .i. tã apes q̃ꝫ q̃drupedes
Spes onerata metu vexat vtrunqꝫ gregem
deſerit volucres ſcꝫ veſpertilio
Linquit aues que ſumit auis de veſpere nomen
non veretur aduerſi tentoria accedere exercitus
Nec timet oppoſiti caſtra ſubire chori
confortat ſup' alias fortitudo complet
Armat aues aquile virtus. ⁊ viribus implet
monitione timet. id eſt quadrupedes timore
Et monitu torpet altera turba metu
circundat volucres. pennis palma
Amplexatur aues plumis victoria letis
pro laude damnum recipit ſcꝫ veſpertilio
Pro titulo penam traſſuga ſumit auis
denudatu pro pennis plagas accipit
Vellere nuda ſuo pro plnmis vulnera ſumit
id eſt mandatũ recipit id eſt nocturno tempore
Edictumqꝫ ſubit vt niſi nocte volet
id eſt non probus incola preponit amicis inimicum
Non bonus eſt ciuis qui prefert ciuibus hoſtem
id' eſt commode nullus homo ie ẽ dñs. ſup. cõtrarijs
Utiliter ſeruit nemo duobus heris

¶ Dic au. po. aliã fabulã cuiꝰ documẽtũ ẽ. q̃ bonꝰ ciuis nõ debꝫ extra
neos ſuis pferre vicinis. q꞉ ſepe cõtingit hoies alienis adherẽtes ⁊ ſu
os deferẽtes dãna pati ⁊ picula. Includit etiã q̃ valde difficile ẽ ſer-
uire duobꝫ dñis cõtrarijs Juxta illud euãgelij. Nemo pt duobꝫ dñis
ſeruire Iſtõ declarat nobis fabuloſe ſic. q꞉ quodã tpe aïalia q̃drupe-
pedia ⁊ volatilia ſup dignitate ſua diſceptãtes bellũ ſibi mutuo indi
xerũt Cũqꝫ altꝰqꝫ diu bellatũ eẽt incepit exercitꝰ auiũ timere qd vidẽs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

veſpertilio caſtra aduerſa petijt ſua deſerendo. ¶ Hoc videret aquila rex auium exercitum ſuum confortauit adeo q̄ aues tandem victoriam obtinuerunt. Bello autem ſedato veſpertilio de perfidia ſua fuit coram rege accuſata. Unde ⁊ ſententia contra eam lata eſt q̄ pennis ſuis ſpoliaretur. ⁊ in perpetuum a cōſortio beſtiarum ⁊ volatilium ſequeſtretur. ⁊ q̄ nunq̄ niſi nocturno tempore volaret. ¶ Allegorice p volatilia boni angeli intelligi poſſunt. per beſtias mali angeli. quia boni angeli obtinuerunt victoriam in celo malis eiectis. ¶ Moraliter hec fabula tangit perfidos ⁊ leues homines qui veſpertilioni ſimilantur vtranq̄ partem ſectando

pro q̄n talis. ſup. in arbore exercet delectabile
Cum philomena ſedet. ſtudiū mouet oris amenū
ſibiipſi id eſt pullis placida eſſe
Sic ſibi ſic nido viſa placere ſuo
id ē inuadit. talis auis. i. pullos pro pullis. ſcȝ philomena
Impetit accipiter nidum. pro pignore mater
id eſt rogat. ſcȝ accipiter. dicit. i. q̄ȝ preces. cantum diligo
Supplicat. alter ait. plus prece carmen amo
rogatu munere ſuaui placare melodia
Non prece nec precio. ſed dulci flectere cantu
accipitrem accipiter ſuauius philomena
Me potes. ille tacet dulcius illa canit
corde ſuſpirat q̄ȝuis cantat ſupple philomena
Mente gemit. licet ore canat. cor eius anhelat
dulce fluit id eſt carmen
Cuius mellifluum manat ab ore melos
crudelis. dicit. accipiter. fetet id eſt cantus
Impia fatur auis. ſordet modus ille canoris
lacerat pullos ſcȝ philomena
Et laniat natos matre vidente ſua
philomena. languet. mori valet
Mater obit nec obire poteſt. ſic viuit vt ipſam
vindicet id eſt mortem morte peſtis
Uincat vita necem. plus nece cladis habens
philomene pulli ſupple ſuum
Cor matris patitur. plus nati corpore corpus
lacerat philomena perforat gladio triſticia
Rodit auis roſtro. cor ſodit enſe dolor
inquirit id eſt crimen id eſt dolis
Ueſtigat ſua pena ſcelus. nam fraudibus vſo
auium captore. i. doloſam. limus. illaq̄at ſcȝ accipitrem
Aucupe fraudoſam viſcus ineſcat auem

# Cũ cõmento

id eſt termino furti demeretur.ſup.hominis
Fine malo claudi mala vita meretur iniqui
ſup.arte.ſup.hõ innocetes.timet dolo decipi
Qua capit inſontes ſe dolet arte capi

¶ Hic ponit documentũ q̄ homines pu̇erſe viuentes ſepe mala mor-
te moriũtur.⁊ in plurimum talis eſt finis hominum qualis eorũ vi-
ta fuit. Qđ declarat̃ nobis ꝑ philomenã ⁊ accipitrẽ. Quodam enim
tp̄e philomena ſedens in arbore dulciter cãtauit ad cõplacendũ ſibi
ipſi ⁊ pullis ſuis.qđ videns accipiter inuaſit pullos philomene. Vñ
ipſa rogauit humiliter accipitrem vt pullis ſuis parceret. Cui accipi-
ter reſpõdit.nec prece nec ꝑcio me flectere poteris ſed tantũ dulci can-
tu.quo audito philomena dulciter cantare incepit mente tñ dolebat
Accipiter aũt nõ cõtentus de cantu eius dixit.cantus tuus ſordet in
auribꝫ meis.⁊ mox pullos philomene lacerauit ipſa vidente. Poſtea
auceps iſtũ accipitrẽ cepit ⁊ ſibi dignam pro delicto reddidit penam.
¶ Moraliter per philomenã intelliguntur boni viri.ꝑ accipitrẽ ve-
ro mali ⁊ peruerſi qui ſepe bonos inuadũt ipſos tribulando.tandem
venit auceps.id eſt diabolus qui laqueis ſuis homines malos capit
et ſecum ad eterna ducit ſupplicia

locupletare ꝑda id eſt vitam delicatam
Ditat preda lupum ducit lupus ocia longa
ſcꝫ de cibo odit ſupple verba profert
Facta cibo vulpes inuidet iſta mouet
ſup.o lupe ſalue id eſt quare id eſt tam longo tempore
Frater aue miro cur tanto tempore mecum
non poſſum id eſt immemor
Non fueris nequeo non memor eſſe tui
ſupple lupus.dicit ſtudeat ſollicitudo rogat
Ille refert.pro me vigilat tua cura precari
id eſt deos non deſinas id eſt cadat
Numina non ceſſas.ne mea vita ruat
deceptione preintenta ad me deceptionem
Fraude tamen munita venis.falſumq̨ venenum
dulcedine triſticia abundantia
Melle tegis dolor eſt copia noſtra tibi
elicere queris intendis
Extorquere paras aliquid furtumq̨ minaris
contemnit cibus crapulam
Sed mea furtiuam reſpuit eſca gulam
contempta reuertitur contemptã.pungit triſticia fraudi
Spreta redit ſpretam ſtimulat dolor apta dolori

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

deceptio ſequitur ouium tendit vulpes.pullorum
Fraus ſublt ad pecorum tranſmeat illa decem
paſtorem alloquitur amicicia dei
Hunc mouet his verbis tua gratia numinis inſtar
detur vulpi.pro quia trad it diligentia paſtori
Sit mihi namqꝫ lupum dat mea cura tibi
inimicum interfice ſecuro.latet lupus ſpelunca
Hoſtem perde tuum.tuto iacet hoſtis in antro
paſtor.cōſentit fouea.intrat.vir.interficit gladio
Uir fauet.antra petit.hic necat enſe lupum
vulpes deuorat diuitias viget
Iſta lupi conſumit opes.ſed floret ad horam
ipſius vulpis nociua rethe capta ſuſpirat
Uita nocens vulpes caſſe retenta gemit
damnum intuli obeſt vulpi incuſaſſe lupo
Cur nocui.nocet ecce mihi nocuiſſe nociuo
merito.morior interfectus fuit fra ude
Iure cado.cuius decidit arte lupus
rapinis tꝑalem accipit ſup.hō inſudans
Uiuere de rapto vitam rapit.inuidus inſtans
hominis nocumentis ſupple ꝓpria.cadit
Alterius damnis in ſua damna ruit

¶ Hic ponit documentū ꝙ homines viuentes de rapina ſepe de vita
tolluntur añ tempus. Quod nobis declaratur per lupum ⁊ vulpem
Quodam eñ tꝑe fuit quidam lupus q̄ multas predas in ſuo antro
cōgregauit ꝓpter qđ duxit longā vitam ocioſam. Cōtigit aūt ꝙ que
dā vulpes famelica predis lupi ſaturari cupiēs ad lupuꝫ cucurrit ſub
amoris ſpecie ipſum ſalutādo dicens. O frater mi lupe ſalue ego mul
tum miror ꝙ in tanto tꝑe nō veniſti ad me ego tanti amoris incēdio
te diligo ꝙ tui obliuiſci nequeo. Cui lupus reſpondebat.o vulpes cō
ſtanter confido ꝙ tu habes curam de me ⁊ quotidie intercedis ꝓ me
ad ipſos deos.vt vita longa mihi concedatur ⁊ licet ita ſit tamen do
loſe ad me venis cupiens aliquid habere de predis meis. Uulpes er
go a lupo ſic ſpreta cogitauit aliam fraudem per quaꝫ poſſet aliquid
acquirere de predis lupi.quare currens ad paſtorem ouium vulpes
dixit ei ꝙ ſciret lupum incluſum in quodaꝫ antro.⁊ paſtore ſic inſtru
cto aceſſit paſtor ad antrum ⁊ lupū interfecit.quo interfecto vulpes
oēs predas lupi deuorabat. Cōtigit aūt poſtea ꝙ iſta vulpes capta fu
it a venatoribꝫ.que capta protulit hec verba.vere q̄a nocui lupo hec
merito patior. ¶ Allegorice per lupum intelliguntur potentes ⁊ diui
tes huius ſeculi.ꝑ vulpē vero intelliguntur inuidi q̄ alijs inuident et

ad aliorum damna laborant quos diabolus rapiens ad tartara du/
cit. ⁊ tunc recognoſcunt ſe malum egiſſe

aqua fontalis equalis magna ſitis
Fons nitet argento ſimilis. ſitis arida ceruum
torquet bibit fontis videt ſcʒ fontibus
Hunc rapit haurit aquas. ſe ſpeculatur aquis
ceruum letificat mitigat cornuoſe capitis
Hunc beat hunc mulcet ramoſe gloria frontis
ceruum comprimit macrum crus
Hunc premit hunc ledit tibia macra pedum
ſcʒ veltres ſonat ceruus ſcʒ ceruo
Ecce canes. tonat ira canum timet ille timenti
receſſus vtilipenſi rogat auxilium
Fit fuga culpati cruris adorat opem
nemoris. denſos. dumos in dumis tento tardatur
Silue luſtra ſubit. cornu retinente moratur
morti captum ſcʒ ceruum
Crure neci raptum cornua longa necant
vilipendere conueniens eſt diligere noceat inconueniens
Spernere quod proſit ⁊ amare quod obſit ineptum eſt
proficuum eſt. vilipendimus diligimus contrariatur
Quod prodeſt fugimus. ⁊ quod amamus obeſt

¶ Hic ponit documentū ꝙ quilibet caueat vitupare qđ ſibi ꝓficuū ē
et laudare qđ nociuū. Qđ declarat nobis fabuloſe ſic. Quodā em̄ tpe
ceruus quidā ſitiēs ſtabat ad fontē quendā ⁊ bibebat. qui quidē fons
qꝛ clarus erat ⁊ pſpicuus recepit quodammō imaginē cerui. ⁊ ſic ille
ceruus pſpexit oīa mēbra ſui corpis ⁊ añ oīa pſpexit ſuū caput habēs
lōga ⁊ ramoſa cornua. ex quoꝝ pulcritudine nimiū gaudebat ⁊ dele/
ctabat. ſed de cruribꝫ macris multū doluit ⁊ ipſa nimiuꝫ vitupauit.
Cōtigit aūt ceruo ꝙ venerūt canes q̄ venabant ⁊ agitabāt illū ceruū
quos videns ceruus celeriter aufugit implorās auxiliū a ſuis macris
cruribꝫ q̄ prius vitupauit. ⁊ cucurrit ad nemora. in quoꝝ ramis fron
doſis cū ſuis cornibus detinebat quare venatores ipm̄ inſequentes
apprehendebāt. Cōcludit ergo ꝙ nullus ſapiēs debet vitupare qđ ſi
bi ſalubre eſt nec laudare qđ nociuū. ¶ Allegorice p ceruum intellig
mus ſuperbū. qui plus delectat in ſuis cornibus id eſt diuitijs ⁊ ho/
noribus q̄ꝫ in ſuis macris cruribus. id eſt q̄ꝫ in humilitate ſpūs et a/
more que faciūt hoīem pcurrere viā mandatoꝝ dei. ſed cū venerit hō
ad extremitatē vite detinebit p ſua cornua ⁊ apprehēdet a canibꝫ id ē
a demonibꝫ. ⁊ ad penas trahetur infernales

# liber Eſopi

quando ſeinuicem. feminam a dilecto
Cum vir ⁊ vxor amant. vxorem priuat amato
id eſt mors mulierem. ſeparat a dilectione mariti
Parca viro. nec eam priuat amore viri
mariti adherens ſepulcrum pro marito . moleſtat
Coniugis amplectens tumulum pro coniuge vexat
maxillas lachrymis. os lachrymatione
Ungue genas. oculos fletibus. ora ſono
mulierem triſticia. non poteſt femina. a tumulo repelli
Hanc iuuat ipſe dolor. nequit hec de ſede reuelli
tempeſtate aeris obſcuritate rogatione minationibus
Grandine ſeu tenebris. ſeu prece. ſiue minis
maleficum ad mortem patibulum ſupple furem
Ecce reum damnat iudex. crux horrida punit
patibulo id eſt in nocte. miles quidam
In cruce cuſtodit tempore noctis eques
miles ſitim hꝫ ſepulcrum militem mulieris ſcꝫ reſplendens
Hic ſitit. ad tumulum vocat hunc ⁊ clamor ⁊ ignis
rogat ſcꝫ hauſtū mulier miles
Orat aque munus. hec dat ⁊ ille bibit
ſitibundum dulcibus ad mulierem excitare
Egrum nectareis audet cor vngere verbis
militem inſtigat anxietas. ſcꝫ dñi ſui cuſtodia furis
Hunc vocat ad primū cura timoris opus
ſupple miles. blandas affatus inſerit doloroſo
Sed redit. ⁊ dulces monitus inſtillat amaro
mulieris deuicta Intrat. interiora ſcꝫ mulieris ad militem
Cordi. victa ſubit clauſtra doloris amor
miles timens remoueri patibulum
Uir metuens furem. ſed non ſuſpendia furis
aſpexit mulierem ſcꝫ carnali accedit
Uiſit ſed viduam tactus amore petit
mulierem ſcꝫ oſculando. actum venereum exercet
Hanc ligat amplexu fructum quoqꝫ carpit amoris
miles maleficum putibulum
Hic redit ad furem. ſed loca fure carent
miles triſtat. hac querela hec triſticia compungit mulierem
Hic dolet hoc queſtu. dolor hic inſtigat amicam
id eſt male cuſtodito ſcꝫ dñi mei anguſtor
Non bene ſeruato fure timore premor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

militi.cuſtodiendum ſup.militem.rigoꝛ regalis iuſticie

Rex mihi ſeruandum dederit.me regius enſis

perturbat.puſillanimū.militē cogit pauoꝛ

Terret.ꝛ excoꝛdem me iubet eſſe timoꝛ

mulier repperi gratiam inuenit aſtuciam

Hec ait.inueni ſpemque mihi ſuſcitat artem

ſcꝫ defunctus in patibulo ſuſpenſionem

Uir meus implebit in cruce furis onus

mulier defuncti tumbā apit ꝓ malefico ad patibulum ligni

Ipſa viri buſtum reſerat.pꝛo fure cathenat

mulier defunctū funem alligat marito

Ipſa virum.reſtem ſubligat ipſo viro

defuncto.de iure ſuccendit miles ſuccendit dilectioni

Huic merito ſuccumbit eques.ſuccumbit amoꝛi

ſcꝫ militis ambos matrimonialis copula

Illa nouo ligat hos firmus amoꝛe thoꝛus

punit ſcꝫ militē timoꝛe ſuſpēſione ſcꝫ vieū defunctū

Sola pꝛemit viuoſqꝫ metu.penaqꝫ ſepultus

mulier mulieris terminat

Femina femineum nil bene finit opus

¶ Hic ponit documentū. ꝙ homines adhibendo nimiam fiduciam mulieribus ſepe defraudantur tam in moꝛte ꝙ̄ in vita. Quod decla ratur fabuloſe ſic Quodam tempoꝛe vir quidam exutus humanis re bus traditus eſt ſepulture.cuius vxoꝛ ſuperſtes eius ſepulcrum ſepe viſitauit ꝛ lachꝛymas ac gemitus vehementer effudit ꝛ quaſi ſemper manſit ad ſepulcrum.eodem tempoꝛe quidam in furto depꝛehenſus ſuſpenſus eſt. Erat autem damnatoꝛum cuidam militi cura cōmiſſa qui eos cuſtodiret ne de patibulo tollerentur ꝛ ſepilerentur. Cōtigit ergo hūc militē quadā nocte magna ſiti cruciari ꝛ ipſe vndiqꝫ circum ſpiciēs clamoꝛe mulieris ꝑcepꝛo ad eam feſtinauit ꝛ humiliter roga/ bat mulierē ꝓ potu.qđ cū mulier feciſſet reuerſus eſt ad damnatoꝛuꝫ cuſtodiā.ſequēti vero nocte p̄fatus miles rediit ad p̄dictā mulierē et iterꝫ potū poſtulauit.habentes ergo miles ꝛ mulier dulcia colloquia ad inuicē ceperūt ardere amoꝛe nimio.ſed tandē milite reuertente ad patibulū fur clam ſublatus eſt ꝑ amicos ꝛ ſepultus cōtra legē patrie quare multū doluit.timēs culpā furis in caput ꝓpꝛiū redūdare. Re dijt ergo iterꝫ ad mulierē triſtis ꝛ gemens exponēs hoc factū mulieri. mulier ꝟo abſqꝫ lōga deliberatōe optimū dedit cōſiliū ſcꝫ ꝙ vir ſuus ſepultus deberet extrahi de ſepulcro ꝛ ſupplere locum in patibulo Ip ſa ergo mulier vna cum milite ligabāt coꝛpus viri moꝛtui ad reſtem patibuli.ꝛ ſic manſit miles in honoꝛe ꝓpter quā amiciciā duxit miles

hanc mulierem in vxorem. Dicit autem in fine ꝙ hec mulier preſſit mortuos ⁊ viuos. viuos quidem timore. mortuos autem pena. pana inq̃ʒ quantum ad maritum ſepultum quem ipſa ꝓprijs manibus patibulo ligauit. Patet ergo ꝙ mulieres raro aliquid bene terminant. eo ꝙ ex natura ſunt inſtabiles. ¶ Allegorice per mulierem intelligit anima ratioualis. ⁊ per virum ipſum corpus caſtum ⁊ tandem venit mors. id eſt delectatio mundi. ⁊ capit id eſt ducit hominem in peccatum. ſed mulier id eſt anima reſidens circa tumulum plorat in nocte id eſt in conſcientia occulta tandeʒ cuſtos furis id eſt bonus angelus viſitat illam conſcientiam. ⁊ tandem ipſam contrahit in coniugem id eſt in eternam beatitudinem.

aſtucia illa meretrix illaqueat dilectionem
Arte ſua thays iuuenes irretit. amorem
ſimulat ex ſimulata. ꝓficuū. dilectione
Fingit. ⁊ ex ficto fructus amore venit
a pluribus dona adoleſcentibus. ſuppl e iuuenibus
A multis ſunt multa procis. ex millibus vnum
nō ficte ꝓmittit. dilectōis. copiam
Eligit. huic veri ſpondet amoris opes
amaſia amator deſidero pre alijs ſcʒ te
Sim tua. ſiſqʒ meus. cupio plus omnibus vnum
perſonam tuam pecuniam
Te volo. ſed nolo munus habere tuum
ſentit. ſup. iuuenis fraudes rn̄dit intellexit
Percipit ille dolos. ⁊ reddit qualia ſumpſit
ſua amaſia amator ambos equalis dilectio
Sis mea. ſimqʒ tuus. nos decet equus amor
ego iuuenis tu thays
Viuere non vellem niſi mecum viuere velles
thays. iuueni conſolatio requies
Tu mihi ſola ſalus. tu mihi ſola quies
decipi metuo iuuenem decepit
Sed falli timeo. quia me tua lingua fefellit
experientia. cognoſcere. ſup. ꝑicula
Preteriti ratio ſcire futura facit
fugit talem herbā guſtando
Vitat apis taxum. quem guſtu ſepe probauit
decipere. intendit mulier decipit
Fallere vult hodie. ſi qua fefellit heri
meretricē hō diligit ſup. dona ꝑſonā ſuam. diligi
Thayda ſi quis amat. ſua non ſe credat amari

# Cū cōmento

meretrix recto deficit pecuniam iuuenis cupit
Thayꝫ amore caret.munus amantis amat

¶ Hic ponit documentū ꝙ meretricibꝫ nō eſt fides adhibēda.qꝛ licet ſe dicāt amare iuuenes nō tñ amāt eos ſed eoꝝ pecunias Iſtud declarat nobis ꝑ quadā mulierē ſic. Quodā em̄ tpe erat mulier q̄ daȝ noīe thays cōſueta allicere iuuenes ꝓpter eoꝝ pecunias q̄ elegit vnū valde deuotū.cui dixit.O amice adeo inflāmata ſum in tuo amore ꝙ pre oīmibus te diligo.quare rogo vt ſis meus amicus qꝛ volo ꝑpetuis tēporibꝫ me ſubdere tuis amicicijs tibi ſoli adherēdo ꝛ nulli alteri. nec te diligo ꝓpter munera tua ſed tu ipſe es cauſa amoris. Ille aūt iuuenis mox eius fraudē coſiderās ait neſcio ꝙ diligis meꝫ ſi ſcirē me a te diligi iteꝝ te diligere vellē ſed cōſidero me poſſe decipi ſicut me prius lingua tua decepit.ergo ſicut a ſimili ſapis guſtās amaritudinē ſemꝑ vitat eā melius ē vt te penitus dimittā.qꝛ mulier ē talis nature ꝙ fallere vult hodie ſi q̄ fefellit heri Cōcludit ergo ꝙ mulieres cōiter amāt propter munera ꝛ aliter nō. ¶ Allegorice ꝑ hāc mulierē pōt intelligi vna ſpes lucri tꝑalis.ꝛ ꝑ hūc iuuenē pt intelligi q̄libet hō qꝛ ſicut iuuenis ꝑ mulierē decipit ſic ꝑ vanā ſpeȝ lucri tꝑalis ſepe hō decipit.nā frequēter copia tꝑalium impedit hoīem a regno celeſti

genitor filius.id eſt filius non vult
Eſt pater eſt natus.hic patri credere neſcit
reijcienda id eſt ea que facere debet non facit
Nam fugienda facit.ꝛ facienda fugit
intentio concordat
Mens vaga diſcurrit.ꝛ menti conſonat etas
animi recedit
Mentis ꝛ etatis turbine frena fugit
antiqui filij peccato famulos
Ira ſenis punit pro nati crimine ſeruos
docet antiquum imitari
Inſtruit iſta ſenem fabula nata ſequi
aſtuta taurum ſcȝ ad trahendum aratrum
Cauta bouem vitulumq̄ꝫ manus ſupponit aratro
vitulus bos trahit ducens aratrum
Hic ſubit ille iugum pellit.arator ait
letare iocundus id eſt bos conſuetudo
Gaude.letus ara tu.quem domat vſus arandi
id eſt a ſeniore tauro ſcȝ vitulus
A boue maiore diſcat arare minor
delectat.vt ſudorem enarras ſcȝ vitulo
Non placet vt ſudes.ſed das exempla minori

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

litigat recedere
Qui pede qui cornu pugnat abire iugo
reſtringi t ſcʒ vitulum. ſcʒ mediante ſenior ⁊ aſtutus
Sic domat indomitum. domito boue cautus arator
id eſt ſeniorem imitatur ſcʒ vitulus
Sic veterem ſequitur bos minor ille bouem
vtilis fit ſupple ſenioris boui · aſtucia
Proficit exempli merito cautela docendi
ſuperiori det locum iunior
Maioriqʒ ſua cedet in arte minor

¶ Hic ponit documentū ꝙ homo volens alios informare debet eis bona exempla ꝓponere. Etiam minor debet cedere maiori nec eius ꝑceptis iuſtis reſiſtere. Qđ declarat fabuloſe ſic. Quodā em̄ tpe vir ꝗdam habuit filiū ſibi rebellem. qđ videns pater ſeruos ſuos ꝓpter delicta filij increpauit: vt filius hoc notando ſe emēdaret. Et hoc faciēs propoſuit eis iſta dicens. ꝙ erat quidam ruſticus qui poſuit vitulūʒ ad aratrū. qui arare rennuens adiunxit ſibi antiquum bouem ꝗ erat arare cōſuetus. ꝑcipiens ſibi ꝙ nō multū araret ne ſe nimiū fatigaret ſed ꝙ ꝑberet bonū exemplum boui minori: vt ſic bos minor rebellis per bouem antiquum inſtrueretur in arando. ¶ Allegorice per filiū rebellem patri poſſunt intelligi peccatores nō obedientes ꝑceptis dei. et per patrē intelligūtur ſpūales inſtructores ſcʒ ꝑdicatores ꝗbi diuini ꝗ ꝑcedere debēt pctōres virtuoſis exemplis ⁊ doctrinis ꝓponendo eis vitā ⁊ exempla ſanctoꝝ: vt ipſi peccatores ſit exemplo virtutis attracti vitam poſtponant erroneam

tale animal cupida domum
Vipra fabrilem dapis anxia tendit in edem
inchoat. ſ. vipra mordere. ſupple incipit
Incipit hec limam rodere. lima loqui
ignoras meam poteſtatem meus honor ignoras
Neſcis poſſe meum. que ſit mea gloria neſcis
morſu conturbario. ſ. lima morſu
Dente meo tereris non ego dente tuo
contero ſcilicet meo
In tenuem ferrum forti molo dente farinam
decidit id eſt fortis
Et cadit attritu dura farina meo
ex ferro facta id eſt meo dente
Ferrea parcendi caſtigo tubera morſu
talia entia diuido id eſt entia
Aſpera plano ſeco longa. foranda foro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

ſtultus es morſu impotenti
Deliras igitur ꝙ dente minaris inarmi
gaudeo crucior dolores pati triſtaris
Rideo cum ferior vulnera ferre gemis
potentem. potēs diligit potentior punit
Fortem fortis amat. nam fortem fortior angit
potentiori paueat venire debilior
Maiori timeat obuius ire minor

¶ Hic auctor ponit aliā fabulam que docet ꝙ homo impotens non debet ſe ſociari forti, quia ex hoc ſepe damnum incurrit. Subditur ꝙ fortis ſepe vincitur ab alio fortiori. Iſtud nobis declaratur fabuloſe ſic. Quodam enim tempore vipra venit ad domum fabri cauſa querendi cibum. ⁊ incepit rodere limam ferream quod ſentiens lima dixit. O tu miſer non potes mihi nocere ſed potius dentibus tuis. quia durior ſum q̄ꝫ dentes tui. Nam poſſum terere maſſam ferreum in tenuem farinam poſſum etiam facere aſpera plana ⁊ perforare perforāda quare multuꝫ ſtultiſas te opponendo mihi. quia licet ferior a te nō tamen inde doleo ſed rideo ⁊ tu poteris inde reportare vulnera ¶ Allegorice per limam intelligitur deus omnipotens. per vipram vero ſtulti ⁊ peccatores. qui ſe diuine opponunt voluntati per ſua peccata non tamen deo. ſed ſolum ſibiipſis nocere poſſunt. ſcilicꝫ eternā damnationem incurrentes.

bellum illis animalibꝰ illa animalia miles
Magna lupus opponit oues ouiumqꝫ ſatelles
hoc animal. hoc aīal hoc auxilio cōfidit
Eſt canis. eſt veruex. hac ope fidit ouis
victoria expectat diffidit exercitus
Palma diu dormit. deſperat turba luporum
fingens. pacem inuadere illud animal
Et ſimulans fedus ledere temptat ouem
pacem iuramenro confirmat
Fedus vtrunqꝫ fides iurato numine firmat
pignore ſtabilit
It lupus ⁊ ſimplex obſide firmat ouis
tribuit accipit
Datqꝫ lupis male ſana canes. recipitqꝫ luporum
filios timuit id eſt pericula. cōſiderat
Pignora. nec metuit. nec ſua damna videt
pro quē precipit vociferare
Dum natura iubet natos vlulare lupinos
cōgregatio lupoꝝ iraſcit. pacem fractam. interrogans
Turba lupina fremit. federa rupta querens

ſigitur ouis defenſoris. indigens. in ſanguine moritur
Ergo pecus tutoris egens in viſcera mergit
defenſor deſtituta ſuccumbit
Preſide nuda ſuo. ſic tumulatur ouis
defenſorem ſeruare id eſt optima
Tutorem retinere ſuum tutiſſima res eſt
pro quia. defenſor. deeſt inimicus. nocere
Nam ſi tutor abeſt. hoſtis obeſſe poteſt

¶ Hic auctor ponit aliā fabulā cuiꝰ documentū eſt. ꝙ in tpe neceſſitatis tutū eſt habere defenſores ⁊ amicū. Concludit etiā ꝙ ciuitas vel oppidū ſapientes habēs cōſules cauere debēt ne illos expellant vel in obſides mittant. Iſtud nobis fabuloſe declarat ſic. Quodā em̄ tpe oues ⁊ lupi habebāt inter ſe guerras. oues quidem pro defenſoribꝫ habebant canes ⁊ veruecés. lupi aūt nō habebāt aliquos defenſores. Cū ergo lupi deſperarēt de victoria miſerūt ſuos legatos ad ptem aduerſam ad tractandū de pace ⁊ concordia. Pace autē ſic inita obſide firmauerunt. Lupi vero ouibus ſuos miſerunt catulos. ⁊ oues econtra ſuos dederunt ſatellites. Cum ergo catuli luporū ſm̄ inſtinctū nature inceperint vlulare. lupi hoc audientes magno cū furore ad caulas ouium cucurrerūt dicentes. Iam cognouimus federa pacis ſtatuta a vobis eſſe fracta. qꝛ catuli noſtri quos penes vos habetis in fortitudine clamāt ad nos auxiliū ⁊ defenſionē a nobis implorātes. quare iā venimus cum furore illorū iniuriā vindicare. ⁊ ſic oues omnes deſtitute defenſione ſuccubuerunt.

cum quo indiget ſcindere
Quo teneatur eget nil auſa ſecare ſecuris
ſupple ſecurim ſilua rogat. ſilua annuit
Armet eam lucus. vir petit. illa fauet
ſiluam inuadit in domo
Uir nemus impugnat. laſſans in ede ſecurim
ligni Una plaga incidit
Arboris omne genus vna ruina trahit
id eſt ſilua. dixit mihiipſi occaſio ruine
Lucus ait pereo. mihimet ſum cauſa pericli
ſup. lucum ſecaſ id eſt manus ruſtici
Me necat ex dono ruſtica dextra meo
damnificari poſſis inimicum confortare
Unde perire queas hoſtem munire caueto
ſupple mediante ſup. hoſtem
Qui dat quo pereat. quem iuuat hoſte querit

¶ Hic dicit qui hoſtē ſuū nutrit ⁊ armat ſibiipſi damnū ⁊ cladē infert

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# Cū cōmento

Iſtud innuitur nobis fabuloſe ſic. Quodam eñ tēpe faber quidā in ſua arte peritus ſecurim fabricauerat. ſed illius vſum manubrio deficiente habere non poterat. Ille vero ope ligni indigens qddā nemus acceſſit. ⁊ ipm ſuper ſua neceſſitate cōſuluit. Arbores aūt annuentes conſilium ⁊ auxiliū ipſi dederunt. cum in vtroqꝫ abundarent. Lignorū itaqꝫ vulgus ꝑncipatū ⁊ regimen nemoris albe ſpine cōceſſerunt. cuius ergo habenda erat gratia vt faber id quod petijt obtineret. Rogata ergo domina nemoris benigne annuit. ⁊ precepit orno vt fabro ſubueniret ⁊ cito eū expediret. Ornus aūt cito paruit ⁊ manubrium ſibi conceſſit. Faber aūt habito manubrio ſecuris induſtriaꝫ in aliud experiri cepit qui laudem meruit. ⁊ incudi obediēs fuiſſe cōmendabatur. Poſtea omne genus lignoꝝ cepit incidere ⁊ detrūcare. quare tūc ardua quercus graui leſa vulnere plagas ſuas fraxino conqueritur. que ſocia cladis reſpōdit. Merito hec patimur cuꝫ fabro inimico noſtro conſilium dedimus ⁊ auxili um.

cū illo aiali. nemus aſſociat dicit pulcra
Dum cane ſilua lupum ſociat. lupus inqˀt: amena
id ē cute. ſplēdes abundantia ciboꝝ. apparet
Pelle nites. in te copia facta patet
ſupple lupi impugnat id eſt domini
Pro verbis dat verba canis. me ditat herilis
amicicia ſupple domino. ſup. canem nutrit. id eſt tota familia
Gratia cum domino me cibat ipſa domus
tempore nocturno promulgo. id eſt ſecuram
Nocte vigil fures latratu nuncio tutam
id eſt cuſtodio edem id eſt ſtramen id eſt lectum
Seruo domum. mihi dat culmus in ede thorum
ſup. verba profert deſidero
Hec mouet ore lupus. cupio me viuere tecum
accipiant eſcam
Communem capiant ocia noſtra cibum
prebet opto habitare
Reddit verba canis. cupio te viuere mecum
id eſt eadem ſupple ambobus victum
Una dabit nobis menſa manuſqꝫ cibum
lupus. annuit imitatur id eſt collum canis
Ille fauet. ſequiturqꝫ canem. gutturqꝫ caninum
inſpicit interrogat. quare ceciderunt crines
Reſpicit ⁊ querit. cur cecidere pili
ſupple canis. id eſt vt non poſſum offendere diei
Inquit ne valeam morſu peccare diurno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# Liber Eſopi

id eſt ligas.diurnas poꝛto exigente.diſtuꝛro
Uincla diurna fero.nocte iubente vagoꝛ
donat abundantia
Reddit verba lupus.non eſt mihi copia tanti
ſeruilis conditionis ſez ꝑpter amoꝛem gule
Ut fieri ſeruas veneris amoꝛe velim
feliciꝛ id eſt pauper.i.ꝙ̄dines ſeruus
Ditior eſt liber mendicus diuite ſeruo
famulus ſeipſum ſup bona.ſup.hō poſſidet
Seruns habet nec ſe nec ſua liber habet
id eſt valde dulce id eſt fundas
Libertas pꝛedulce bonum bona cetera condit
ſupple libertate ſupple lupo
Qua niſi condita nil ſapit eſca mihi
mentis eſca id eſt iocūditas
Libertas animi cibus eſt.⁊ vera voluptas
ſup.libertate abundans non poteſt
Qua qui diues erit.ditioꝛ eſſe nequit
nou vols meam voluntatem.pꝛo pꝛano commodo
Nolo velle meum pꝛo turpi vendere lucro
libertates fiat.id eſt pauper
Nas qui veudit opes hic facit vt fit inops
id eſt pꝛo omni amittitur
Non bene pꝛo tota libertas venditur auro
id eſt de celo datum excellit mundi diuitias
Hoc celeſte bonum pꝛeterit oꝛbis opes

¶ Hic ponſt aliā fabnlam.cnius documentū eſt.ꝙ nlhil eſt melius libertate qđ oſtenditur per lupum ⁊ canem. Quodam em̄ tpe canis et lupus obuiauerunt ſibi mutuo in quadam ſilua. Lupus aūt ſalutās canem ait illi. Chare frater.quare tam pulcer ⁊ iocūdus es. Cui canis.cauſa quare tam pulcer ſum ⁊ pinguis.qꝛ bona dieta ⁊ magna quies pſtant mihi foꝛme laudes.cū em̄ ningit aut pluit ſnb tecto manere poſſum dic ac nocte.⁊ ſomnos duco ſuaues ⁊ ſomnia leta.nullā ꝙ̄ habeo ſollicitudinē.cibꝰ em̄ meus ſemꝑ paratus eſt.qꝛ dn̄s meus ſuo pane me paſcit.⁊ tota familia mihi proijcit oſſa. ⁊ pinguia vaſa lingo. Cui lupus ait. Longe melioꝛ eſt vita tua ꝙ̄ mea.hinc em̄ non eſt mirandū ſi pellis tua tā nitida ſit. O ꝙ̄ felix eſſem ſi talem vitam ſaltem ꝑ annum ducerē. Cui canis.talem vitam de facili acquires.ſi libera colla tua ſeruituti ſubdere velles.ſunt em̄ caſtra ville⁊ vꝛbes ꝗbus non parum acceptus eris.⁊ ſi dominum meum non contempſeris ipſe cum gaudio ſuſcipiet te.ſi bonos moꝛes ⁊ obſequium cū bo



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

na fide promiſeris. Cui lupus. o chariſſime frater verba tua me val/de delectant ⁊ dulciter ſonant in auribus meis. Dñs eñi tuus pre omnibus placet. ergo rogo te mihi ductor eſſe velis ad eum ⁊ bonus et manſuetus mihi ſis. Itaqꝫ villam adeunt lupus ⁊ canis ſociali cōfa/bulatione iter proſequentes. Dum aūt aurora fulgente ſe mutuo aſpicerent vidit lupus collū canis denudatum. ⁊ mox ait. Quid tibi vult circulus ille in collo tuo. Cui canis ſolebam in iuuentute mea contu/max eſſe ⁊ ferox ⁊ mordebam tam notos ꝗ̃ ignotos tunc iratus dñs meus verberibus ⁊ vinculis me domuit precipiendo ne aliquem preter furem ⁊ lupum offenderem. His auditis a ꝓpoſito ſuo lupus a/uerſus ait. Qm̄ quidē ita eſt volo tibi gratiam dñi tui cū vinculis relinquere. ego autē pro nulla gratia ⁊ gloria vincula ſufferre poſſum. Sit ergo tibi tua ſeruilis cōditio. mihi aūt maneat mea libertas. Et ſic lupus ad ſiluam canis aūt ad villam reuerſi ſunt. ¶ Moraliter hic inſtruimur ꝙ magis iucundum eſt miſeriarum eſſe dominum ꝗ̃ diuitiarum eſſe ſeruum. Et iucundius eſt pauperem in libertate viuere. ꝗ̃ diuitem ſub alieno nutu ⁊ contemptu.

accuſant auari illa membra ocioſitatem
Accuſant auidi pes ⁊ manus ocia ventris
ſolummodo cibaria
Omnia ſolus habes lucra. labore cares
ſcꝫ manus ⁊ pedes exhauſit nutrit pigricia deuoras
Nos labor edomuit te fouet inertia. ſorbes
ſolkicitudo procurat
Omnia que noſtri cura laboris emit
ſuſtinere onus intende
Diſce pati famis acre iugum. vel diſce labori
id eſt induſtria id eſt nutriat
Cedere. teqꝫ tui cura laboris alat
ſubuenire. rennuit id eſt vacuum
Sic ventri ſeruire negat. ſe venter inanem
inuenit petit auxilium tribuit
Comperit orat opem. nil dat auara manus
ſupple venter reſumit ſupple manus. ſupple ventrem
Ille preces iterat. iterum fugit illa precantem
profundo petit ſupple naturalis
In ſtomachi fundo torpet. abitqꝫ calor
eſurie petit arida maxillam
Victe fame natura fugit vis arida faucem
claudit conſuetum permittit nutrimentum
Obſerat. ⁊ ſolitum non ſinit ire cibum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

cibos tarda
Vulte pulas dare ſera manus. ſed corporis artus
id eſt am‧iſſa fortitudo id eſt totum corpus
Perdita non repparans. machina tota perit
nullus homo ſufficiens eſt
Nemo ſibi ſatis eſt. eget omnis amicus amico
tu homo. hoibus. miſereri tibi ipſi
Si non vis aliis parcere parce tibi

¶ Hic ponit documentū q̄ nullus debet habere tantā cōfidentiā de ſeipſo q̄ velit carere amicis. ⁊ hoc oſtēdit nobis per manus ⁊ pedes et ventrē. Quodā eñ tpe contentio facta eſt inter ptes corpis. ⁊ dixerūt pedes ⁊ manus vētri ⁊ capiti. nri grā vos viuitis ⁊ valetis. q̄ nos inceſſanter agimus ea quib₉ ea mediante vos gloriā habetis. ſed cedāt lites q̄ nos amodo laborare nolumus q̄ ad vſuz noſtrū pro labore indigemus. ſic ergo pes ſtetit quietus ⁊ manus iacuit ocioſa. frons āt dolere cepit ⁊ ceruix artari. ipſa quoq̄ fames cerebri nouerca capiti grauamē intulit. quod tandē manus ⁊ pedes ſentiēdo ceperūt de ventris penuria debilitari. Tūc ergo dextra mouit opus. ⁊ pedes currere ceperūt vt releuarēt ventrē ⁊ caput. ſed ob lōga ieiunia ⁊ iā oblitus ciboꝝ. eſcā oblatā renuuit. ⁊ eā recipere non potuit. tedio igit laborabant quē morbū phiſici appetitui contrarium dicūt. ⁊ tunc queſierūt vndiq̄ ſubſidiū. ſed nullū profuit. ¶ Moraliter ergo nullus debet alium vexare ne ſeipſum perimat.

illud aīal fetido culo tribuit auriculam
Simea de turpi queritur nate porrigit aurem
non concipit ſcz in aīam audiui orationes
Vulpes nec recipit mente. ſed aure preces
loquitur culi vituperium honorem
Simea ſic fatur. natis vt mihi dedecus ornem
ſatis eſt ſupple aliqua ſimee modica
Sufficiat caude pars mihi parua tue
ad quid eſt vtile paſcua id eſt ſcobare
Quid prodeſt nimia campos inſculpere cauda
que ps caude vtilis eſſet vulpi
Quod mihi prodeſſet eſt tibi pondus iners
dicit incōmodas grauitate
Ille refert nimio damnas de pondere caudam
curta non grauis incommoda
Eſt breuis. eſtq̄ leuis. hec duo damna queror
magis volo. q̄ tegat terram ſimee. pulcritudinis
Malo verrat humum q̄ ſit tibi cauſa decoris

# Cũ cõmento

coopieiat i ꝛ turpes ſcz cauda mea clunes
Quam tegat immundas res bene munda nateſt
ſuperfluum diuiti diuicem faceret pauperem
Id ni mium nimioꝗ magis ditaret egenum
illud eſtimas
Quod nimium nimio credis amore minus

¶ Hic ponit documentũ ꝙ illa que ſunt modice reputationis diuitibus bene prodeſſent pauperibus. Quod declaratur p ſimeã ꝛ vulpẽ Quodam em̃ tpe cõtigit ꝙ ſimea vidit vulpẽ longa caudam haben-tem cui dixit. Miror qd tibi valeat hec lõga cauda. ꝛ eſt res diſſimilis cũ tibi ſupfluit. ego aũt ꝛ pueri mei ſine ea naſcimur. Cum ergo ſit tibi magis oneri ꝗ̃ vtilitati maxime cũ te venatores inſequũtur. vellem vt dares nobis ptem illã que tibi ſuperflua eſt. qꝛ nobis bene deſeruiret. Reſpõdit vulpes. etiã ſi adeo eſſet grauis cauda mea vt eam vix portare poſſem. tamen nõ eris tu inde honoratus. ¶ Moraliter ſic eſt de diuitibus auaris. qui licet ſupflua habẽt nunꝗ̃ tamẽ aliqd imparriri volunt pau peribus.

quands. nundinas. celer cupit moleſtat aſinum
Cum fora feſtinus lucro petit. inſtat aſello
mercator aſinnm onere baculo percutit
Inſtitor. ꝛ preſſum pondere fuſte premit
aſinus mortem cupit morte. ſpondente requiem
Ille necem ſperat. nec promittente quietem
morte peracta durare ſcz poſt mortem
Sed nece completa. viuere pena poteſt
quia quando prelia. ſnpple rex ſuppl e fit
Nam cum bella facit ꝛ tympana pellis aſelli
poſt hec percutitur ſnpple pellis. percuſſione
Hinc laſſatur. ꝛ hinc pulſa tonante manu
homini temporalis obeſt ſibiipſi deſtruxit temporalem
Cui ſua vita nocet caueat ſibi rumpere vitam
morte bonis operibus
Non nece ſed merito iure quieſcit homo

¶ Hic ponit docu mentũ ꝙ nullus ꝓpter miſeriaꝫ debet ſperare mortem. quia mors eſt terribiliſſimum. qd oſtenditur p aſinum ſic. Quodam em̃ tpe cõtigit ꝙ qdaꝫ negociator feſtinus voluit cũ aſino ſuo onuſto nundinas ingredi grauiter eũ cedebat aſinus aũt plagis ꝛ itinere feſſus petebat mortẽ ſperans labores ſuos morte terminari. ſed eo mortuo de pelle ſua facta ſunt belli tympana q̃ aſſiduis tonſionibus ꝛ vſibꝫ agitabant. ꝛ aſinus q̃ per mortem ſperabat eſſe ſecurus. etiã poſt mortẽ cedebatur vt prius. ¶ Moraliter p aſinũ intelligũtur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

peccatores qui aliquando mortē vocant vt plagis priuentur. ſed poſt
mortem magis vexantur in inferno.

agitatus venaticorum. fugā capit capit deuia nemoris
Motus voce canum ceruus fugit auia ſilue
dimittit prata ſtabulum boum intrat
Deſerit arua tenet. clauſtra bouina ſubit
dicit ſilue obſcura id eſt deuia nemoris
Bos ait aut luci tenebras. aut auia ſilue
ſecurius percurreres tardus ibi velox.
Tutius intrares hinc piger. inde leuis
ad ſtabulum dominus
Huc veniet custoſqꝫ boum ſtabiliqꝫ magiſter
id eſt custos ⁊ magiſter. ceruum vel custos vel dominus
Si duo vel tantū videt alter obis
dicit ceruo mortem pietas auferat
Ceruus ait. mihi veſtra necem clementia demat
cooperite ceruum nox
Condite me tenebris dum iubet vmbra fugam
ceruum cooperiunt viſitauit
Hunc tumulant feno. preſepe reuiſit arator
folijs prodit nutrit iumenta
Frondibus ⁊ feno munit. alitqꝫ boues
arator recedit gaudet
Hic abit ac ceruus pericla vitaſſe letatur
refert grātiarum actōes ſcꝫ ſenior dicit
Bobus agit grates. e quibus vnus ait
facile euadere. ſup. cuſtodem magiſter domus
Eſt leue vitare cecum. ſi venerit argus
magiſtrum valueris euadere tutus
Argum ſi poteris vincere. victor eris
id eſt acute videt argo pertinere ſup.
Centum habet oculos. cui ſe debere fatentur
domicilium famuli omnes poſſeſſiones
Et domus ⁊ ſerui totaqꝫ iura loci
ceruum inuenit magiſtrum
Res tua te reperit. argum res altera cecum
ceruo dormit argo
Qui tibi dormitat ſcit vigilare ſibi
ceruus vir intrat pabulum dat
Hic ſilet argus init ſtabulum. bobuſqꝫ miniſtrat



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

magis macillentos
Plus equo tenues viderat eſſe boues
prouidet pabulis commouet. iracundia
Dum munit preſepe cibo. dum fulgurat ira
audax aſpicere patefiunt
Auſa videre virum cornua longa patent
iacet in ſtabulo dixit cerno ſcꝫ ceruam
Quid latet hic. quid ait video. ſentitqꝫ latentem
euentus ſcꝫ ceruū. gaudens in vſum ſue coquine
Et bona fortuna munera letus habet
ad ſuum velle
Exulis eſt non eſſe ſuum. vigilare potenter
dormire famulorum ſuccurrerere
Stertere ſeruorum velle iuuare pij

¶ Hic ponit documentū ꝙ ſtertere eſt ſeruorum ꝛ vigilare dn̄orum.
Qd̄ declaratur fabuloſe ſic. Quodam em̄ tempore ceruus venatorū
ſtrepitu perturbatus: vt mortem euaderet villā petijt. ꝛ bobus ſocia
tus cum eis ad preſepe intrauit. Cui bos fertur dixiſſe. Quid voluiſti
miſer ad mortem venire. ſilua te melius ſeruaret. aut leuis vngula ſer
uaret te in campo. At ille reſpondet. Rogo te parce mihi. ꝛ noli ꝓ/
dere me. quia iam in crepuſculo ſaluus abire potero. His dictis in ſe
cura loco ſe poſuit. ſic itaqꝫ latitans bubulco bobus pabulantibꝫ oc/
cultus remanſit. hinc ille gauiſus grates bobus reddidit ꝙ fugienti
locum dediſſent. Tunc vnus corpore grauis ꝛ grandis ait illi. Sal/
uum te quidem fore volumus ſed cauendum eſt ne ab alio videaris
qui centum oculos habet. ille eſt qui nobis dominatur. a quo ſi viſus
fueris nihil preter vitam offerre poteris. His ſic conferentibus. ecce
dominus ingreditur ſtabulum. ꝛ quia nuper per ſeruorum negligen
tiam viderat boues macillentos. acceſſit ad preſepia curam bouꝫ ha
bens. dum ergo preſepia diligenter exquirit cornu latitātis cerui ap
prehendit. vocatiſqꝫ ad ſe bubulcis de ceruo inquirit quando ꝛ quo/
modo ſtabulum intrauerat. At illi ſe neſcire dixerunt. Gauiſus ergo
dominus ceruum bene cuſtodiebat. ¶ Moraliter. vtile eſt fugere cuꝫ
per pugnam ſaluare ſe non poteſt. prodeſt em̄ domino rebus ſuis cu/
ram preſtare et diligentiam.

portat diuitias ſupple timoris corde
Fert iudeus opes. ſed onus fert corpe maius
cōpungit iudeum ſollicitudo exterius
Intus adurit eum cura. laborqꝫ foris
deo timore iudeo dono illius terre. fauorem
Ergo metu damni ſibi munere regis amorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# Liber Eſopi

aequiſit dato viatore ſecurus pergat
Firmat ut accepto pre duce tutus eat
id eſt regiu iudeum ꝓpinator ducit ſup. picerne cōmouet
Regius hunc pincerna regit. cor eius adurit
auida cupido ſup. pincerna gladio homicidium
Auri dira fames. qui parat enſe nephas
adeſt id eſt intrant in verbis ſup. pincerne
Silua pater. ſubeunt. iudeus in ore ſequentis
conſiderat. ſup. et ſup. iudeus. picerna. i. nō vult pcedere
Cor notat icꝫ ſequar dicit et ille negat
enſem euaginans ſup. homo. ſup. pincerna. moriatis
Et gladium nudans nullus ſciet inquit obito
iudeus dicit pctm̄ iſtud pandet
Ille refert. ſcelus hoc iſta loquetur auis
id eſt euolat ex buſto talis auis. quam digito monſtrat
Proſilit ex dumo perdix. hanc indice ſignat
ſcꝫ iudeus. id ē mortē meā reuelabit. ſcꝫ perdix
Alter ait ſcelus hoc iſta loquetur auis
ſtatim amputat gladio. ſup. iudei. diuitias. capit in ʒabulo corpus
Mox rapit enſe caput. ⁊ opes metit ⁊ ſcobe funus
ſepelit. complet. veloces in mundo circuitus
Celat. agit celeres annus in orbe rotas
ſupple aſſas id eſt regis menſe ꝓpinator apportat
Perdices domini cene pincerna miniſtrat
ſuppie piocerna id eſt ceſſat pincerna
Ridet. et a riſu proditur ille ſuo
narrari vult pincerna narrare tardat
Rex audire cupit. hic cauſam dicere differt
ſup. conſilij. ſup. rex ⁊ pincerna rex pincerna
Fit locus. ambo ſedent. hic ſilet ille refert
iraſcitur hilari fingit leticiam facie
Rex dolet. ⁊ leto mentitur gaudia vultu
conſulatus id eſt acquieſcit
Regis conſilium. conſilio cꝫ ſedet
propinatorē. i. patibuli. id eſt dignum. ſup. regis decernit
Pincernam crucis eſſe reum ſententia prodit
patibulum delictum patibulo
Crux meritum punit iure fauente cruce
interficias aliquem conſulat
Ut perimas quemcꝫ nullum tibi ſuadeat aurum
pro quia honor ſup. temporalem. triſtis diminuit
Nam decus ⁊ vitam meſta ruina rapit



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

¶ Hic ponit aliā fabulā. cuius documētū eſt ꝙ nullus p̄ſumat aliuꝫ interficere vt capiat bona ſua. qꝛ tales ad malū finē deueniūt. Et hoc oſtēditur nobis ꝑ quendam iudeū q̄ magnū portās theſauꝝ. qddam nemus dum tranſiret ꝓpter timorem queſiuit ductorem quare regeꝫ acceſſit ſaluum ab ipſo petendo conductum per terram ſuam. Et pincernā regis ductorē ſuſcepit. qui videns iudeū magnū ferre theſaurū ipſum interficere cogitabat. Iudeus aūt attendēs nequſciā ſuā dixit ei p̄cedas tu ego ſequar. Pincerna aūt rennuit. ⁊ euaginato gladio dixit nullus videbit ꝙ ego te interficiam. Cui iudeus hec auis reuelabit latrocinium. ⁊ ſtatim ex dumis perdix quedam euolauit pincerna vero nō curauit ſed iudeū interfecit. ⁊ in ȝabulo ſepeliuit. Poſtea contigit ꝙ pincerna dn̄o ſuo ꝑdices p̄ſentaret ⁊ tunc adeo ridere cepit ꝙ vix a riſu ſe cōtinere potuit. Rex aūt hoc vidēs cauſam ſui riſus exquiſiuit. Pincerna vero dilatōem petijt. qui poſtea metu ⁊ minis cōpulſus ſeriem facti regi narrauit. quomodo ſcꝫ iudeum interfeciſſet ⁊ bona eius rapuiſſet. Quo audito iratus eſt rex ⁊ ſimulata fronte abiens conſilium conuocauit. ⁊ factum pincerne ibi propalauit. Unde ⁊ ſententia mortis contra eum lata eſt quod ſuſpenderetur. ⁊ ſic in patibulo digne et iuſte ſuſpenſus eſt

ſup. diues id eſt miles habitant ſup. miles. ſup. gerit
Diuis eques ſub rege vigent. hec prelia regis
ſup. eius. diſponit. diuitias. miles ciuis
Hic diſpenſat opes. hic vir ⁊ ille ſenex
odioſe cōmota buccas incenſu
Inuide perflata genas ignita dolorem
ſup. militem ledit id eſt ꝓpter honorem
Flammis fax iuuenem mordet amore ſenis
falſas mentietur querimonijs
Regis in aure truces fingit de ciue querelas
ſup. ciuis id eſt diſpenſator diſſipator. ſup. ciuis
Eſt tibi non paſtor. ſed lupus iſte ſenex
diuitem faciunt augetur ſua ſubſtātia. i. furtiuis rebus
Ditant furta ſenem. creſcit ſua copia furtis
de theſauro pecunia. abſciſſa
Eſt ſua de cenſu gaſa reciſa tuo
confirmabo. i. mea dicta ſup. ꝓpria confiteri
Firmabo mea verba manu. ſua furta fateri
ſup. ciuem. cōpellā. i. duello. iudicāte. verax
Hunc faciam. bello iudice verus ero
ſup. verba. turbant. ꝓpoſito ciuem id eſt fragilis ſenectus
Iſta mouent obiecta ſenem plus fragilis etas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# Liber Eſopi

ſup.ciuem.turbat id eſt infantia.reputatus
Nunc mouet.⁊ ſenij crimine viſus hebet
fauent antiqui duellet
Parcant iura ſeni.ꝙ pro ſene pugnat amicus
ſupple ciui dilectio premij ſuaple ad duellandum pro ipſo
Cui nullius amor fenoris arma probat
querit.id eſt ꝓpugnatorem non inuenitur.ſupple pro ſene
Mendicat pugilem.ſed abeſt qui pugnet amicus
pro quia.recedit neceſſitate ficta dilectio
Nam refugit viſo turbine falſus amor
pro quando ſonat falſos
Dum fortuna tonat fugitiuos monſtrat amicos
diligit id eſt ſola neceſſitas inſtruit.
Et quis amat quis non ſola procella docet
cōuiuiū protrahit id eſt pugnam
Cena trahit ciuem differt nox vna duellum
cōmauet.hoīes diſcumbentes.querimonia
Sollicitat menſam iuſta querela ſenis
muneribus feci ſcȝ verbo.
Quod meritis emi.multos mihi fecit amicos
longū.tempus.ſup.amicos peruertit modicum temporis.
Longa dies.cunctos.abſtrahit hora breuis
ex tantis amicis non fuit
De tot amicorum populo non reſtitit vnus
up.opem exhibui ſupple hominibꝫ.reddit.auxilium
ſQuamqꝫ dedi multis nemo repenſat opem
putabam.ḋete.fungi conuenit
Rebar pace frui.mea paci congruit etas
deſtruxit id eſt latens inuidia
Sed mea turbauit gaudia liuor edax
id eſt inimico victoriam.dederunt.ſupple ego
Hoſti multa meo palmam pepigere.tepeſco
ſupple miles id eſt fortitudine.miles
Ille calet.careo viribus ille viget
contractui ſupple miles
Arma parum noui.ſe totum prebuit armis
ſuaple ciui dꝛbilis fortis.ſupple militi
Eſt mihi viſus hebes.viſus acutus ei
nihil promittit auxilium recti ratio
Nil mihi ſpondet opem niſi iuſte gratia cauſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

deb ili.cōquerit.defēſore id eſt cauſa iuſta
De fragili queritur preſide cauſa potens
id eſt defectum.pauet id eſt animi
Corporis eclipſim timet alti copia cordis
pro quia debili diffidit.ſup.militis ſup.armata
Nam fragili peccat mens animoſa manu
id eſt falſa ſplendide diffamia
Si turpis nitide mendax infamia vite
ingerit ſplenduiſſe prodeſt
Infigit maculas.quid nituiſſe iuuat
id eſt diffidit.triſtatur ciuis cōſolatur ruſticus
Deſperat lugetqꝫ ſenex.hunc leuit arator
ſup.arator.ciuis.arat.id ē annale pcium accipiens
Qui ſenis arua colit.annua lucra ferens
ſup.aratorē.mouet miſcdia accipe id eſt pugnam
Me ſtimulat pietas pro te proferre duellum
aratori ſupple manus ſup.ad duellandum
Eſt mihi pro domino dextra parata meo
aduenit ſup.conueniens id eſt pugne
Ecce dies oritur.locus eſt tempuſqꝫ duelli
ſcꝫ miles ⁊ arator id eſt in animo id eſt pariter
Stant pugiles.ineunt mente manuqꝫ ſimul
militi dedecus duellet talis homo
Eſt equiti fetidum ꝙ ſtet ꝙ pugnet arator
eſtimat.ſup.a milite niſi
Necqꝫ putat victum.ni cito vincat eum
fortitudo nō meminēs ſup.mali
Nil de ſe retinet virtas oblita futuri
ſup.manus violentas expendit virtutes
Dextera corporcas prodiga fundit opes
verbera ſup.miles inutiles emittit
Ictus ipſe ſuos ſteriles expendit in vſus
percutiens ruſticū ſeipm plus ledit
Et feriens hoſtem ſe magis hoſte ferit
fortitudinis occultat ruſticus
Sed proprie virtutis opes abſcondit arator
donec.oportunitas tribuat tempus
Dum locus expenſe detur ⁊ hora ſue
decipit ſcꝫ clipeo repellit verbera
Aut motu fallit.aut armis temperat ictus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# Liber Eſopi

ſua.arator audax fit.ſup.manus conſiderat
Et metuens audet.dextra locumqꝫ notat
ſup ruſticus euigilat intendit verbera
Dormitans vigilat.⁊ ceſſans cogitat ictus
augmentat verbera faciei
Producit minas frontis vtrunqꝫ iubar
pauſa.id eſt aſtucie.cauſa metus
Nec mora non artis ratio.ſed cauſa timoris
id eſt eſtimatur vtens apparet fatuus
Creditur arte fruens eſſe videtur iners
id eſt letatur.miles ſupaſſe eſtimãs id eſt a facie ſua
Gaudet eques viciſſe putans.ſpernitqꝫ bubulcum
ſup.miles abſtergit id eſt a facie ſua
Sudoremqꝫ ſuum tergit ab ore ſuo
tardationem militem percutit arator
Ecce moram neſcit equitem ferit ipſe bubulcus
in illam brachij ptē baculus bubulci percutit
In cubiti nodum ruſtica claua ferit
percuſſio ſcꝫ cubiti tollit
Huius plaga loci totius corporis aufert
virtutem fugit miles ſup.ad terram quieſcit
Robur.cedit eques.ſedetqꝫ cadente ſedet
ſupple ipſius ruſtici.queſcit.ſup.ruſtic⁹ attēdit ſup.militem
O bona ſimplicitas.ſedet ipſe.notatqꝫ ſedentem
ſupple ad pugnam miles ſupple ruſticus
Et niſi ſurgat eques.ſurgere velle negat
ſup.tu miles.ruſticus.dicit ruſtico.ſup.dicit non volo
Surge bubulcus ait.cui miles ſurgere nolo
ſcꝫ ruſticus.ſup.tu miles ruſticum licitum eſt
Alter ait.ſedeas.meqꝫ ſedere licet
id eſt ppl's miratᷣ ſcꝫ regis pñs eſt militi ſedenti
Turba ſtupet.prefectus adeſt.equitiqꝫ moranti
iubet duellet deuictus recedat
Imperat vt pugnet.aut ſuperatus eat
miles dicit ſupauit ruſticus
Tardat eques.prefectus ait.te vicit arator
id eſt duellū ceſſat intimatur.euentus duelli
Pugna cadit.regi panditur ordo rei
dicit inchoatum proſequaris pugnam
Rex ait inceptum ſolus perfecte duellum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

id eſt ſuperatione. fateatur. ſup. miles ruſticus
Dedecus explanet ille vel ille ſuum
duellum reincipitur quieſcit. ſicut
Pugna redit. mileſqꝫ ſedet velut ante ſedebat
ſup. tu miles ruſticus. dicit. ſup. ſurgere dicit
Surge bubulcus ait. non volo miles ait
arator dicit non vis renuam
Cultor ait. ſi ſtare negas me ſtare negabo
ſcʒ pugnare intendas pugnare paratus. ſup. ego ruſticus
ſcʒ miles ⁊ ruſticus. irridet. turba prefectꝰs ruſtico
Ambo ſedent. ridet populus. preſeſqꝫ bubulco
precipit duelles cede recedit
Intonat. aut pugnes. aut fuge. tempus abit
arator dicit ſup. miles ſcilicet ad pugnam
Cultor ait. ſurgat. cadet ſi ſurgere vellet
verbera p̄fectus d̄t verbera miles
Percute preſes ait. percute ſurget eques
ruſticum militē deuicti aſſcribere titulum
Te decet aut illum victi ſibi ponere nomen
ſup. ruſtico non aſſcribam. titulū ruſticus
Hoc mihi nō ponam nomen arator ait
ſup. ego ruſticꝰ. ſup. tu miles dedecus percutere
Surgo. ſurge miſer. nam turpe ferire ſedentem
ſup. ruſtico. ſup. milite. dedecus interire
Eſt mihi. ſicqꝫ tibi turpe ſedendo mori
dicit ſup. metuentem. pungit miles. ſcʒ ruſticum
Sic ait. ⁊ timidum ſtimulat. rogat ille furentem
ſupple militi ſuperato rogo id ē vincens. recede
Parce mihi victo. ſupplico victor abi
propria renouat. euētus. ſcʒ ciuē. ſup. ciuis. id eſt ſucceſſor bonorum
Leta notat fortuna ſenem ſenis vnicus heres
inſcribitur meritas acquirit ruſticus diuitias
Scribitur. ⁊ dignas intrat arator opes
iuſticia vincit robora malus euentus oſtendit ſua. fideles
Jus ſuperat vires. ſors aſpera monſtrat amicos
prodeſt. id ē q̄ꝫ odiū. amicicia. dolo fiducia
Plus confert odio gratia fraude fides
id ē i fine ſp̄ libri. i. duobꝫ v̄ſibꝫ intendit quelibet
Fine ſui gemino verſu quod continet omnis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

# Liber Eſopi

moraliſat exponit interius continet
Fabula declarat. datꝗ quod intus habet

¶ Hic ponitur vna hyſtoria cuius documentū eſt ꝙ iuſticia ſemper
ſuperat iniuſticiam. Etiam applicatur ꝙ neceſſitatis tempore vera di
lectio approbatur. ⁊ ꝙ amicicia preualet odio ⁊ fides fraudi. Et hoc
oſtenditur nobis per duos famulantes vni regi ſcꝫ per ciuē antiquū
et militem iuuenem. Unde iſti duo diu ſeruierunt regi. ⁊ miles cepit
inuidere ciui eo ꝙ multam haberet copiam rerum temporaliū. Qua
re acceſſit regem dicens. Iſte ciuis non eſt vobis paſtor immo lupus
quia multum ditatus eſt per bona veſtra que furtiue abſtraxit. Et ꝙ
verba mea vera ſint probabo corpore meo ſi negare velit. Unde euo-
cauit ciuem in duellū. ſed cū multa eſſent ciui obſtacula vnū maius
fuit ſcꝫ debilis ſenectus. Et ergo rex conceſſit ipſi ſi amicum aliquem
haberet qui ſine premio duellum pro ipſo inire vellet ipſum adduce
ret. quare ciuis multos probauit amicos. ſed nullum inuenire potuit
qui pro ipſo duellaret. Tandem magnnm parauit conniuium omni
bus amicis ſuis narrando eis iniuriam ſibi illatam. ſed nullus miſer
tus eſt eius. Unde dixit. Quondam multos habui amicos quos mu
neribus mihi procuraui. nunc autem nullus recompenſat. putabam
ēm pacifice viuere. ſed inuidia turbauit me. ⁊ quod magis doleo mul
ti ſpondent victoriā aduerſario meo. quia ipſe fortis eſt ⁊ arma nouit
ego aūt non. ⁊ nihil pro me eſt niſi cauſa mea iuſta. Tunc arator cõ-
patiens domino ſuo dixit. Ego aſſumam duellum pro te. Quod au
diens ciuis gauiſus eſt valde. ⁊ extunc aſſignatus eſt dies duelli. Die
autem deputato conuenerunt. Miles autem in ſeipſo confidens pu
tabat primo ictu interficere aratorem. ipſumꝗ clipeo ſe defendentē
fortiter inuaſit ictus ſuos inutiliter expendendo. Aratorem autē vi
res ſuos occultantem circumſtans populus deuictum putabunt ⁊ ꝙ
timoris cauſa ſe non defendiſſet. ſed non fuit ita. Quare miles ſe vi-
ciſſe putans abſtergebat ſudorem a facie ſua. Arator vero conſiderās
militem fatigatum claua ſua percuſſit eum ad nodum cubiti ſui. vn-
de ⁊ miles in terram cecidit. Quod videns arator dixit militi. ſurge
o miles. Cui miles. ſurgere nequeo. Cui arator ſi tu ſedeas ⁊ etiā ſe
dere volo. Tūc prefectus precepit militi ꝙ ſurgeret ⁊ pugnaret. ſi nau
tem ſe victum daret. Milite vero ſurgere nolente prefectus euentum
duelli regi intimauit. quo mandante duellum proſequi prefectus ite
rum iuſſit eos duellare. Tūc ſurgens arator dixit militi. domine ſur
ge. Cui miles ſurgere nolo. Cui arator. ſi ſurrexeris ego ſurgam. et ſi
ſederis ego ſedebo. Tunc cum homines circumſtantes ridereut pre-
fectus iterum dixit aratori. vel pugnes vel te victum fatearis. Cui a
rator. ſi ipſe ſurrexerit ⁊ ego ſurgam. Cui prefectus percuto eum ⁊ ſur
get. quia vel tu nomen victi habebis vel ipſe. Cui arator. nomen vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

cti non habebo. ⁊ ſurgens dixit militi. ſurge o miſer. turpe eſt eñi mihi te ſedentem percutere. ſimiliter turpe eſt tibi ſedendo mori. Et cũ ſurgere nolentem pungere ⁊ percutere cepit. Tunc miles rogauit eum vt ſibi parceret ſecꝫ victum fatendo Uidens hoc ciuis valde gauiſus eſt. ⁊ aratorem omnium bonorum ſuorum heredem conſtituit pro eo ꝙ ipſum a morte liberauerat. Et per hoc oſtenditur quis ſit verus amicus ⁊ quis falſus. ¶ In fine dicit. ꝙ moralitas cuiuſlibet fabule in fine duobus ſemper concluditur verſibus. ¶ Moraliter per ciuem intelligitur vir bonus ⁊ religioſus. per militem intelliguntur mali ⁊ inuidi. qui ſemper interpretantur opera iuſti ad malum. dicentes ꝙ ſi quid boni facit hoc propter vanam gloriam facit. Et tandem cum iſte bonus ⁊ religioſus in ſenectute conſtitutus fuerit ⁊ in extremitate vite ſue. in qua ipſum duellare oportet reddendo rationem pro omnibus factis ſuis ⁊ cum non inuenit aliquem amicum quo ſe defendat a morte eterna. poſtremo venit ruſticus id eſt fides bona ⁊ recta liberans ipſum de manibus inimici. id eſt diaboli. A quo nos liberare dignetur qui trinus ⁊ vnus regnat in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Eſopus fabulator preclariſſimus cũ ſuis moraliſatõnibꝰ ad nrĩ inſtructõe; pulcerrime appoſitis. Impreſſus Dauentrie per me Jacobũ de Breda. Anno dñi. M.cccc.ij. In profeſto ſancte Katherine virginis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29

e.e.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 29